cors potius inhiaret. deberet stultissimus reputari. sic immo sine cõparatõe magis stultus reputari debet quilibet hõ. et precipue sacerdos qui celestib9 alimentis vescitur. si cor suũ istis corruptibilibus applicatur. Et sicut sapiens ꝛ deliciosus hõ fetidissimã saniem non solũ non appeteret: sed nec etiam videret vel nominare vel audire nominari abhorreret. sic oĩs vir pfectus et sacerdos precipue abhorrere deberet quicquid illas internas delicias modo aliquo impedireꝫ aut illud christi habitaculum modo aliquo macularet. Unde omni custodia deberet custodire cor suum. O mira cecitas oĩm impioꝝ q̃ magis eligũt pcio anime sue a diabolo emere vnã fetidissimã consolationẽ et vilissimam qꝫ summam et excellentissimã consolationem a deo gratis habere. Quis enim non putaret stultũ illũ q̃ potius vellet ab vno tabernario vinũ corruptũ ꝛ fetidissimũ emere precio omnium bonoꝝ suoꝝ et se totaliter omni bono pro tam vilissimo potu expoliare. qꝫ ab vno alio dulcissima vina gratis habere et ex hoc omni

bus bonis repleri. Hāc stultitiā ꝛ multo maiorem adimplet pecator Sicut enim stultus reputari deberet et nūq̄ȝ ad opulentiam perueniret ille mercator qui ī caeruo mercantium: loca et tempora et moduȝ mercandi notaret. et hec etiam referret alijs et ī seipso sepius hec repeteret. et nunq̄ȝ tamen mercationem bonam vel vtilē faceret. sic qui tota die de regno celorum scripta multiplicat et ipsis vacat et alijs etiā predicatione denuntiat. ꝛ tamen nunq̄ȝ aggreditur aliquem operationem bonā Quid prodest o stultissimi mercatores studere ꝛ predicare. et opere nō implere? Sicut sponsa delicata et nobilis que haberet nobilissimū spōsum ꝛ pulcherrimum et sapientissimū. et optimum non īclinaretur ad efficiēdū circa aliquē fetidissimuȝ leprosuȝ. sic ergo multo magis affectus viri perfecti nullo modo nō solum separari: sed nec etiaȝ retardari deberet ab amore dei sui propter amoreȝ alicuius creati nec vllomō prout potest deberet affici circa aliquem creaturam. sed potius deberet abhorrere et abhomina

ri: sicut supradicta sponsa predictum le-
prosum. Quod nobis concedat τ cetera.

Quedam alia notabilia.

Capitulum: xvi.

Sic pie iuste et caste debet viuere vnusquisq; ac si sciret proprie et pro certo se eadē die vel statim migraturum vel moriturum. Unde nō est perfectionis vt credo ꝙ cō muniter dicūt multi. Si scirem me mortuꝝ infra breue tempus. ita bene me p̄pararem et tam sancte viuerem. Debet enī perfectus dicere non sic. sed sic: Si mille milia annorum viuerem. et hoc scirem pro certo ita studiose tam iuste et sancte ac sollicite volo deo meo seruire ac si hodie deberem de hoc mundo transire. Et in hoc filius: nō mercenarius vel seruus appareret. Sicut enim diligo deū et ipsi seruio propter se. cuꝫ eque bonꝰ sit si multum vixero sicut si parum. ita debeo ei seruire et eum diligere si multum vixero sicut si parum.

¶ Qualiter se debet habere sacerdos cũ ad corpus xpi venit. ¶ Capitulũ.xvij.

Ad missam celebrandam sex considero attendenda. ¶ Primũ est rationis discretõ respectu veritatꝫ vt scilicet sciat quid quis recipere debet. Quid quia verum deum qui fecit celum et terram. et verum hominez qui pro nobis pependit in ligno. Quis quia homo non bestia nisi per peccatum. Unde pre ceterꝫ repellat a se sacerdos bestialitatem peccati. ¶ Secundũ est mentis deuotõ aut eleuatio respectu eius sanctitatis. Debet em̃ sacerdos considerare ꝙ quem recepturus est sanctus sanctoꝝ omniũ est et omnis sanctitatis origo. Et ideo quantum potest sancte et deuote accedet ad ipsum. a se expellens omnẽ amaritudinẽ peccati per lachrimarũ cõpunctionem et omnem ariditatem per deuotionis orationem et dulcedinẽ. ¶ Tercium est animi reuerentia respectu sanctitatis et maiestatis vt scilicet ad tam excellen

tem dominū vereatur accedere tam vilissi
ma creatura. Si enim ante īperatorem
non esset dignus stare homo īfectus pu//
tredine. quanto magis dominū recipere
in sacramento altaris. indignus est homo
miser. cuius omēs iusticie sunt sicut pan//
nus menstruate. Et si iusticie sunt tales
qualia sunt peccata. Et quidē indignissi
mus est ad hoc omnis homo. Consideret
tamen ꝙ maior est dignatio diuina ꝗ̄ in
dignitas nostra. beīgnitas sua ꝗ̄ miseria
nostra. ¶ Quartum est amor et desideriū
cordis respectu sue bonitatis ⁊ benigni
tatis. Unde multū cauere debet homo ne
cū tedio aut cordis tepore ad illud sacra
mentū accedat in quo continetur summa
bonitas et infinita iocunditas. ¶ Unde
mirum videtur quomodo in ista receptio
ne homo non liquescit amoris calore et
quomodo non absorbetur suauitatis dul
core. Consideret ibi sui domini passionē
si vult ad eius amorem accendi. et illius
nobilissimi corporis et sanguinis cibati
onem. si vult desiderium prouocari. ⁊ tā
dem refici prouocatum.

Quintū ē pro se ꝛ pro aliis affectuosa ꝛ humilis deprecatio in sermone respectu sue clementie. Ab ipso em̄ secure potest petere qui dicit petite et accipietis. querite et inuenietis. Et ad hoc credo istud sacramentum maxime esse institutum. vt postuletur venia et gratia impetretur in oblatione illius excellentissimi holocausti. Sextum est totius hominis sūma diligentia respectu sue immense nobilitatis siue nobilissime immensitatis. Si enim cum diligentia magna seruitur alicui principi seculari quanto maiori diligentia debet sacerdos domino suo ministrare et cuȝ omni vigilantia pertractare illud altissimuȝ et dignissimuȝ sacramentum ac si nihil aliud essȝ aut nunq̄ȝ aliud facere deberet. Debet esse ibi tunc intētio tota. prolatio sufficiens ꝛ distincta vt nihil ibi sit confusum vel diminutū. Debet esse nihilominus ibi cōtrectatio prouida et discreta ac omni honestate ornata vt sint omnia ibi honesta et sic omnia cuȝ summa diligentia ibi operetur sacerdos Ad hoc cōsulo cuilibȝ sacerdoti vt pre

ceteris hominibus se omni tempore ab
his omnibus que aliquo modo cor suum
habitaculū summi reges sui polluere pos
sunt siue parum siue multum tam occasio
naliter q̃z actualiter elonget se quantum
potest. Tunc autem precipue cum ad mis
sam celebrandam vadit a cunctis se absti
neat quantum potest et se totum recolli//
gat in seipso nec sensus nec cogitatio ad
aliud diffundantur. suā conscientiā dis
cutiat diligēter. et quod īuenerit lauan
dum lauet habundantia lachrymaruʒ va
dat ad confessorem suum ⁊ extra euomat
omnia venenata et immediate peracta pe
nitentia si tunc facere poterit recolligat
semetipsum. ad diuinam maiestatem ele
uet mentem suam. diuinam consideret ma
gnificentiam et ad propriam miseriaʒ se
cōuertat. vt sic videat q̃z magnus est do//
minus et q̃z paruus seruus. immo q̃z van⁹
et inutilis seruus. Intret quātum potest
in deuʒ. et in seipso quantum potest ad ni
hilum redigat. Et cū fuerit alterat⁹ ⁊ di
min⁹ effect⁹ vt quasi nihil audiat. nihil vi

deat. nihilq3 sentiat aliḋ nisi deū ⁊ pt̄ deū oīa reputet vanitatē. Tunc cogitet qualis fuit erga nos dilectio dei nostri. qui sic ꝑvili re imo pro ta3 detestabili voluit vilis ⁊ ꝯmis reputari et sic vilē sibi vnire natura et in ea a vilissimis et abhominabilissimis tam seua et turpia voluit sustinere. Tunc ruminet illam magnificentiam caritat3 et illo inestimabili ardore quātum valet inflanmetur. Et cum ignitus fuerit caritate circa dilectum adaperiat viscera pietatis et sic pro se vilificato afflicto et letaliter vulnerato compatiatur intra se omnia illa vulnera in se transformet acsi ipsemet iā esset letalit᷑ vulnerat⁹ Et vt magis vulnera christi eius animo imprimantur discurrat ꝑ singula vulnera: et nunc quantum in illo vulnere pass⁹ sit meditetur: nunc quantu3 in isto et quātum in illo. Nunc quanta et qualia fuerit ista obꝓbria/ nūc etiā quāta et nūc qualia ⁊ quāta fuerint illa flagella existimet diligenter. Et cum sic in ista meditatōne fuerit cu3 christo crucifixus quia hoc maxime in isto exigitur sacramento. tunc co

gitet ꝙ illam tam nobilez carnem in cru
cis ara immolatam pro nobis dignatus
est donare in cibum. et sanguinem eius ef
fusuz pro redemptione humani generis de
latere suo in potum. Et nunꝗȝ credas ꝙ
sanguis ille quem recipimus in altari sit
extra corpus eius. Sed tamen vt effusū
pro nobis in passione recipere debemus:
id est sub illa intentione vt tunc eius di
lectionem erga nos mens nostra ruminet
⁊ consideret illius magnificentiam sacra
menti ⁊ (hoc intelligo) quantum potest.
quia vix poterit aliquam inuestigare scin
tillam taȝ immensi amoris domini nostri
iesu xpi. i hoc magnifico sacramēto. Et
cū bn̄ rumiauerit illud magnificū sacra
mentum saluatoris. ⁊ iam quadam cele//
sti dulcedine imbutus fuerit humiliter ⁊
reuerenter ad hoc sacramentum accedat
et cum omni diligentia missam prosequa
tur. adhabitis aliꝗs circūstancijs quas
in huius principio capituli pertactaui.
Cum autem recipere debuerit. aliqua po
terit premeditari si placet vt pote dicat
in corde suo. Ad istud taȝ nobile sacramē

tū suscipiēdū non sufficerent mille anni ad preparationem condignam. Quanto magis ego miser indignus sum. qui coti die pecco incorrigibilis perseuero et in preparatus accedo. Quare domine me fe cisti vt tibi tam execrandam iniuriam fa cerem. q te pono in latrinam peccatorū anime mee? Atenim non est cloaca tam fe tida: sicut peccatrix anima mea. Utinam saltem per hanc immūdaʒ aīam meam ali qualis compunctionis fluuius pertran sisset: vel decurrisset: vt ibi non fuisset tā ta peccatorum sanies congregata. Domi ne iesu quid est hoc? Nunquid ibi te po nere debeo? Sed in infinitum maior ē tua misericordia. q̄ʒ mea miseria. Et ideo de tua benignitate solū confidens te et presumo sumere. Sic īfirmus accedam ad te medicum dulcissimuʒ vt sic tua me dicina liberet. Quanto enī plus infirm⁹ sum tanto plus te indigeo deus meus. et in liberatione mea magis apparebit tue immensitas pietatis. Accedam ergo ad deum meum confidenter quia īfinite sūt misericordie eius. et secuʒ fruar delicijs

beatorum. Ingrediar ergo sponsa ad ipo
sum secumqz volo inseparabiliter cōmo-
rari. Nolo amplius alteri adherere. vt cū
ipso solo gaudium habeam sine fine. Hec
et alia qui dicere voluerit corde dicat. nō
ore. quia non credo expedire illic profer
re alia. qz illa que in canone continentur
¶ Et nota q scdz meū iudicium hec duo
ad istud sacramentum efficaciter recipiē
dum valent scilicet compassio mortis chri
sti. et vilificatio et annichilatio sui. vt scz
quantum potest vilis fiat et indignus ī
oculis suis. qui recipere debet. Cum au
tem sacramentum expletum fuerit cogi-
tet in corde suo et dicat: Post tam nobi
lem cibum nolo stercora degustare. Et cū
ipse sit summa iocunditas nolo de cetero
affici circa aliquam creaturam. Si autez
nullam affectionem seu refectionem spi-
ritualem ibi habuerit. recogitet signū eē
infirmitatis vel mortis. Ignem enim po
suit in sinu et calorem non sentit: mel po-
suit in ore. et dulcedinem non presensit.
Et ideo talis suam miseriā recognoscat
et mutet in melius vitam suam. Si vero

D.i.

refectionē spiritualem ibi receperit non
sibi attribuat. sed infinite bonitati maie
statis diuine. que se ipsam ad bonos et
ad malos extendit. et dicat in corde suo
In me dominus deꝰ mirabilia operatur
ad detestationem miserie mee ad conuertē
tendū me ipsuz. et ad conuincendum be
neficijs iniquitatez meam magnā. Nam
me mortuum sentire fecit et vermē vilis
simū celestia degustare. Si mihi peccato
ri talia fecit dominꝰ. quid faciet si cor
rexero vitam meam. et cum toto conamine
voluero me in melius promouere et cele
stibus meditationibus dedicare vel occu
pari. et decetero sibi soli adherere. Quod
tamen facere recogitet auxilio domini. nō
propria virtute. Et sicut cogitat. sic ope
re adimpleat. Quod nobis cōcedat qui
est benedictus in secula seculoꝝ. Amen.
¶ Petitio ad excitandum cor in amorē
dulcissimi iesu. ¶ Capitulum. xviij.

O Domine deus
meus quomodo ausus sum te alloq̄

vilissima creatura. Nam fetidissimus et horribilissimus sum. et vile stercus. vermisq nequissimus et vanissimus homo. Tu autem es deus deoꝝ. rex regum. dominus dominantium. omne bonū. omne honestū et pulchrū. omnis vtilitas omnis ameitas. omnis suauitas. fons splendoris. fons odoris. fons amoris. fons dulcoris et intimus dilectionis amplexus. Et tamen me rogas. et ego fugio. de me es sollicitus. et de te nō curo: mihi semp seruis. et ego te semper offendo. te mihi tribuis. et ego te semper contemno. me ꝑ vanitatē et nihil diligis: et ego te īfinitum et inenarrabile donū sperno. Fetorem. horrorem. mortalem dolorem. tibi o beatissime. benignissime amantissime spōse ꝑpono. plus me allicit creatura q̄ creator. vanitas q̄ eternitas. detestabilissima miseria: q̄ summa felicitas. Plus me inclinant sordes: q̄ eleuet pulchritudo/ seruitus q̄ magnitudo/ amaritudo q̄ dulcedo. Nam et meliora sunt vulnera diligētis q̄ fraudulantis oscula. Et tamen plꝰ approbo zaffecto fraudulantis vulnera.

ꝙ diligentis oscula. Sed ne reminisca-
ris domine delicta mea vel parentū me-
orum. sed pietatis tue viscera et dolores
vulnerū tuorum Non quod ego sed tu fe-
cisti. in me respice. Non q ego. sed qd
tu pro me sustinuisti considera Si me vt
ostēdis diligis. cur me relinquis. cur me
vagari permittis? Me ergo amātissimo
tene timore. restringe amore. quieta dul-
core. Dulcissime sponse. nescio. nequeo.
nolo tibi fuire. tibi adherere. te toto cor-
de. īmo vix vna particula cordis amare.
Et hoc in me operari potes. tu scis. Hoc
de me tu vis et a me exigis. Quid ergo?
deficiā in beneplacito meo. vl' tu in tuo.
Obsecro vt non preualeat homo sed deus
Nolo in hac contrarietate deficere: sed
me reficere. non succumbere sed succur-
rere festinanter. Viuendo luxuriose me
vides. et me nimis immo me et tuas crea-
turas lasciue amando. totam meam sub-
stantiam dissipaui Nūc recognoscenti pe-
nuriam et miseriam suam et famelico ap-
petitu ad paterne misericordie viscera re-

deunti succurre miserendo. et me oculis tue pietatis agnosce. et dignare mihi radijs tue gratie letabundus occurrere. et cum amplexibus pacis et quietis oscula largiaris mihi. Certe recognosco q in celum. id est totam curiam celestem et ecclesiaz romanã: imo ĩ oẽm creaturã tuã et coraz te. ꝯtemnẽdo peccaui. imo ẽt tibi soli peccaui ꝛ malũ corã te feci. et certe nõ sũ dignus vocari filiꝰ tuus. immo nec mercenarius vel etiam seruus tuus. aut aliqua vilissima creatura tua. Sed miserere ꝑ re mei et dele iniquitatem meam. vt iustificeris in sermonibus tuis. et vincas cuz iudicaris. quia dicunt anime mee inimici mei. non est salus ipsi in deo eius. Obsecro iube vt detur mihi pria caritatis stola. fidei feruentis anulus et calciamẽtis eleuantis et confirmãtis spei. protegant pedes id est affectus. sanguine veri vituli occisi. impinguetur effectus et reficiatur affectus. Aperias cor meum bone iesu ad tua vulnera. vt quãtum me diligas recognoscam. vt sic ebrius tuo sanguine

totus in te resoluat amore. Intret dolor tuus in intima mea. et expiet omnez amorem meum alienum. Sim tecum crucifixus mūdo. vt sim mortuus ꝛ vita mea abscondita sit solum tecum in deo. O vita vera. vita beata. vita felix. que abscondita est ipsi mundo. et associata ipi christo. in deo centro suo quietatur. Unuz est mihi necessarium vnum solum quero. Abscedat ergo a me fantasmatuz multitudo q̄a vnus est dilectus meus. vnus est spōsus meus. vnus est amor meus dominus meꝰ iesus christus deꝰ meus. Nihil ergo mihi sapiat. nihil ergo delectet. nihil me alliciat nisi dominus iesus christus. Totꝰ sit meus et totus sim suus. et fiat cor meum vnum cum ipso christo. nihil me iudicans scire. nihil amare. nihil affectare. nisi dominū nostrum iesum christum et hūc crucifixuz. Ergo bone domine iesu recollige me visceribus. refice vberibus. inebria vulneribꝰ. Euigila ergo anima mea ad viscera compassionum. quibus plorauit super iherusalem. super lazarum. ꝛ in

cruce. immo in illis super te. Et egrediebatur fluuius de loco voluptatis ad irrigandum paradisum qui est in quatuor capita diuisus. Si enim fluuius lachrymarum egrediebatur de loco voluptatis et omnium delitiarum. quanto magis debet egredi de loco omnium spurciciarum. Ergo bone iesu pro me summis delicijs plenus plorasti. Euigila etiam anima mea ad verba istructionum exhortatorum. et permissionum que habes de verbo vite eterne. Euigila etiam ad verba exprobrationis. illusionis et occisionis. ad dolores scilicet passionis et compassionis. Attendite inquid et videte. si est dolor sicut dolor meus. immo domine attendam et videbo. si est amor sicut amor tuus. immo et si est amor nisi amor tuus. Et ideo nihil nisi te vel propter te volo amare. Tu domine iesu me iniquum et pessimum contemptorem tuum. vilissimum fetorem stercorum et horrorem vermium. tantum amasti: vt tanta pro me sustinere et pati dignareris. et

ego te infinitum bonum. patrem piissi-
mum. sponsum dulcissimum. omnis pul-
chritudinis suauitatis et sanctitatis fō
tale principium non tantum diligam vt
saltem pro te moriar mundo. Immo mo-
riar et mihi. vt totus tecū affixus ligno
nihil sentiam nisi te vt et viuam ego. iam
non ego: viuat aūt in me christus. Quid
ergo retribuā dn̄o pro oīb9 que retribuit
mihi. Calicem salutaris accipiā. et nomē
domini inuocabo. Sit ergo calix hic pas
sionis continuus in corpore. salus super
habundantis gratie radicetur in corde:
melos diuine laudis diffundatur quasi ī
desinēter in ore. Laudabo enim deū me
um ī vita mea. psallam deo meo q̄ diu fu
ero. Iocūdū sit ei eloquiū meū. ego vero
delectabor in dn̄o. Eleuabor et ostendam
ei faciē mētis. et in aurib9 ei9 ab ore meo
resonabit īmensa gratiarū actio et magni
ficētie sue laus. Recedāt ergo de cetero oīa
vetera de ore meo. et de animo meo. quia
de9 scientiarū dn̄s est: et ipsi preparantur
cogitationes et voces. Arcū fortiū sup-
abo. et induar virtute ex alto. Gaudens

gaudebo solũ in dño: ꝛ replebitur os me-
um iubilo ꝛ oĩa ossa mea exultabũt in deo
meo. qꝛ me totũ offerã saluatori meo. Dui-
escet cor meũ ĩ dulcedine bonitatꝫ ĩmen-
se. laudabo excellentiã glorie summe ꝛ se-
quar vestigia passionis acerbe. Corpꝰ cõ-
culcetur. cor eleuetur. laude vero repleat
os meuꝫ. vt die ac nocte cotidie dei mei
magnitudine loquatur vel cãtet. Omnia
abijciens. totus inte sitiẽs. nihil preter
te sentiens resoluar in te. et in te centra-
liter quiescam. Abscedat vanitas. acce-
dat deitas. transformet caritas. et fiam
totus diuinus. Aperiatur cor meuꝫ. ape-
riantur cordis vulnera. iungantur inti-
ma. et sim vnum cum christo. Amen.

Explicit secũda

pars huius libri que specialiter tractat
de his que ad cotemplationem dispositi-
ua et inductiua sunt. et de profectu con-
templationis.

Sequitur Tertia pars.

Incipit tercia pars huius libri que specialiter tractat de cõtēplationis quiete. et de his que ad dictam quietem peruenire volentibus ꝑ utilia et necessaria sunt.

Et primo que sunt que inducant hominem ad contēplationis quietē.

Capitulum primū

Si ad contemplationis quietem volueris peruenire in te tria studeas radicare. Primū est. vt quantuꝫ tuū cōditorem offenderis et ad te et ab alijs cotidie offendatur recognoscas. et de tuis scelerib⁹ intime dolens. alijs scꝫ tanqꝫ tibi cōpatiens. habundanter si potes cotidie lachrymeris et hec cogitans magis tristari desideres qꝫ gaudere. cernens q non sumus in statu leticie sed meroris. Magnum est eñ si deum nostrum sic grauiter offensum in nostris delictis possumus to

to tempore vite nostre placando placaret. Et hanc consolationem debemus eligere in presenti. pro posse semper nostras et proximorum miserias et nequicias deplorare. et ipse benignissimus dominus anime sic fideliter i amaritudine existēti post lachrimarum fletum exultationem infundet. Et sicut aqua in vite putrefacta cum solis calore decocta. in vinū cōuertitur. sic lachrime imperfecte. contrito feruore caritatis decocte. in vinum leticie conuertuntur. Nec eñ decet dominum tam nobilem in aliqua domo habitare nisi mundissimam inuenerit. et cum omni diligentia lachrimis expiatam. ¶ Secundum est vt nitaris quantū potes xpi compati passioni. et vbique eum tecum circūferre in corde. Nisi eñ compatiendo nouerimus pati secum: secum non poterimus iocundari. Si eñ bene passionem fueris meditatus et multum intraueris latus eius: cito venies ad cor eius. O felix cor quod sic cordi christi dulciter colligatur. cuius leua sub capite ei9 et dextera illud āplexatur. quia tūc recte cū sponsa sponsus collocatur et col

ligatur in cubiculo. Sed optimum cor
mihi narra obsecro dulcedinem quam tu
sentis: quibus affluis delicijs ēn occul-
tes. Sed vt bene video non audis: quia
cor tuū absortū ē p̄ dulcore. Iā tu interp-
tis tui existēt ī carcere oblitus es. Cerno
enim sic te amenitate nimia esse captum.
vt iam non sint amplius neque vox neqꝫ
sensus. Quicūqꝫ em̄ ad contēplationis q-
etem et dulcedinem nisi per istud ostium
voluerit intrare. furez se reputet et latro
nem. ¶ Tertium est. vt possidere non cu
pias nisi deum. et quicquid nisi deū ha-
bueris. aut oblatum fuerit. vel videris.
aut nominare audieris. debes tanqꝫ de
tot folijs non curare. sed in deo solo sta-
bilias mentem tuam. et solus soli sibi iū
garis. Tūc in auribus tuis melos sue elo
quentie resonabit. thezauros sue sapien
tie reuelabit. melliflua oscula exhibebit.
teqꝫ pre delicijs non poteris sustinere. ꝛ
suis te sustētans amplexibus nimia dul
cedine absorbeꝫ. O felix anima. quo ab-
isti. q̄ nos in tanta amaritudīe reliquisti

Nuncia nobis obsecro si tibi sufficit istd bonuz. aut si vis q de nostris obsequijs tibi transmittamus. Sed vt puto vel credo. nō reputas nos exennijs sed stercoribus habundare. Quid tibi offendimus. o anima mea iocunditate repleta. q etiaz maxima nostra aspicere non dignaris? Quare que sic diligimus tu cōtemnis? Sed vt video nobis non loqueris. quia rapta es a dilecto. O amor ineffabilis. q̄ sic cor conglutinat suo fini. O mira benignitas saluatoris. qui se singulariter diligentes tam dono visitat excellenti

¶ Quam gloriosum sit et qualiter possit homo mutari in deum.

¶ Capitulum. ij.

O. Mirabilis mutatio dextere excelsi. Sic enim apud homines temporalia diligentes vel amantes mirabile esset. si quis vnum fetidissimū stercus ɔmutaret in oēs delicias

et honores mūdi huius. scilicet, ut pro uno fetidissimo stercore haberet huius mundi plenam dominationē. et quantū ad temporalia ad modum imperatoris. et quantum ad spiritualia ad modum pape ꝛ nullam resistentiam habere posset. et īsuper maligni spiritus obtēperarent ei. et nō solum terra sed etiam celi ꝛ sydera ad suum regerentur nutum. mortificare etiam posset. et mortuos suscitare. et infirmos curare. et etiā posset cursū nature in omnibus mutare. et haberet omnes diuicias et delicias quas citra deum posset excogitare. immo quas deus posset facere dū tamen in deum non ducerent. sic immo sine comparatione multomagis est admirabilis laudabilis et amabilis illa cōmutatō quando quis commutat se in deum. Nam maior est sine comparatione distantia inter hominem et deum. ꝙ inter quancunqꝫ vilissimam creaturam et omnia que citra se deus facere posset. Tunc autem homo se ipsum commutat in deum. quando eligit ꝛ diligit se odiri. et solum deum diligere. ꝛ circa nihil aliud vult affici nisi solū circa

deum. et ille sol⁹ in suo iacet affectu et de nihilo curat nisi de ipso deo. et totaliter sitit quomodo per se vel per alios honorificetur dominus deus suus. O commutatio desiderabilis. Naz certe iste vulnera pec-catoꝝ in xpi vulnera commutauit et mentis feditatem. in dei bonitatem. suam vilitatē in dei maiestatem. suam nequiciam in dei clementiam. amaritudinez cordis in dulcedinē creatoris. Nam totus ē in deum vel dei. et nihil nisi deum requirit. Cor suum plenum est ipso deo. se exuit et deum induit. zelo dei sibimet guerram facit tanq̄ȝ crudelissimo hosti. Si ergo talis est commutatio ista. cur serue nequaz. infidele mancipiū. inutilis creatura hoc adimplere retardas. Caue etiam ne hoc adimplere studeas cum torpore vel teporre operis. grauamine cordis. ārietate pectoris. insensibilitate mentis. sed poti⁹ cum animi auiditate. feruoris intentōne amoris imensitate. maxime cum nihil sit vtilius homini. nihil delectabilius. nihil nobilius. Si ergo te ipsum exueris et per hunc modum in deum intraueris.

caue ne extra ipsum possis aliquomodo i
ueniri. Et si aliqua mentis infirmitate vl'
negligentia te exire contigerit. illic stati
recurre cum fletu. et deprecare supplicit
vt tibi indulgeat. et dignetur te fugiti//
uum seruum recipere. Et tunc proponas
firmiter in corde tuo. q amplius inde n̄
exeas Non tamen dico vt tale propositū
facias quod ad nouam culpam te obliget
q2 fragiles sumus z inconstātes Et si mil
lesies ab eo exieris. totiens ad ipsum re//
curras. ¶ Regula istius capituli bona ē
Quod nullus cum deo potest bene perfe
cte vniri vel esse. qui alicui creature affe//
ctum suum ligatum siue inclinatum habet
¶ Quod mirabile est gustantem semel de
um posse ab eo amplius separari.

¶ Capitulum. iij.

M m Ultum mira
ri debemus. immo nos non mire
mur. quomodo homo semel deū degustās
et eius dulcedinez. potest ab eo amplius
aliquatenus separari. et quomodo nō ob
liuiscitur omnia ex ebrietate nimia. et co

medere. et bibere ac dormire. et si quid a
liud ante ipsum ponatur quomodo potest
ibi aliud q̄ꝫ suum dominum benignissim
intueri. et in eo summa dulcedine dele//
ctari. cum ipsum in omnibus sciat esse et
in omnibus illū inuenire possit ac in om
nibus requiescat? O q̄ꝫ bonus israhel de
us: his qui recto sunt corde. O q̄ꝫ dulcis
et suauis est spiritus eius in eis. O quā
ta amaritudine. quanta tristicia. quanta
anxietate repleri deberet aliquis. qui eti
am ad momētū illa seq̄straret dulcedīe.

¶ Quod homo in breui potest eē ꝑfect⁹.

¶ Capitulum quartum.

QUicunqꝫ per
contemplationem ad summitatē
montis dei vult peruenire. oportet q̄ nū
q̄ꝫ quiescat dū vigilat: sed semper per mē
tis eleuationem ascendat. Nam in isto a
scensu non quiescere est q̄escere. et q̄ qui
escere vult fatigatur: nec postea sic potest
bene ascendere immo contingit aliquan
do q̄ cum quiescere vult in tantū fatiga/

tur: vt ampli' nullo modo ascendere pos
sit. In ascensu em̄ montis materialis. q2
caro infirma est. quietem interpositaz re
quirit. In ascensu autez montis spiritu
alis. quia spiritus promptus est: cõtrari
um requiritur. vt scil3 non quiescat spiri
tus: sed dum fatigatur: tunc ascendere
debet velocius. currere fortius et recen//
tior fiet et auidior erit ad maiora. et sibi
leuius apparebit. et delectabilius et sua//
uius et dulcius gradietur. non quiesce//
re eligens pro quiete. Et ideo stulti sũt:
et quid sit contẽplatio inexperti. qui cau
sa resumendi vires requiescunt. Tũc ha
beant pro certo q2 in illa quiete vires mi
nime resumunt. sed potius disperdunt.
Unde si fortiter currit animus contem
plantis: tunc suaue est ei si plane incedat
incipit fatigari: si quiescit vires disper//
dit. Et ideo non est aliud nisi cum virgi//
ne ascendere in montana cum festinatio//
ne. Si quis h' capere nõ potest. sed vult
quiescere. et tamen ascensuz in desiderio
habet: hoc restat remedium. q̄uis non va
leat his que dicta sunt adequari. scilicet

vt saltem modum ascendentium materia
liter nõ deserat. Nam qui materialiter in
montem ascendunt. et in medio fatigati
quiescere volūt non descendunt ad quies-
cendū in valle. quia sic ad sūmitatē nūq̄
venire possent ⁊ stultissimi reputarentur
ab omnibus hominibus. Sic sunt stulti
reputandi et nunq̄ ad cacumen contem-
plationis peruenient. qui hodie per con
templationē modicum vel multum ascen-
dunt. et affecti tedio ad locū vnde veni
unt siue ad statum vnde recesserant rede
unt ad quiescendum. et in peccatoꝝ siue
vanitatum vallibus seu imperfectionis
planicie credunt ad ascensū effici fortio-
res: ignorantes q̄ vix poterunt ad locū
siue statum ad quem peruenerant perue-
nire. Et ista est ratio. sicut credo. quare sic
pauci homines contemplatiui attingunt
supercilium montis. Unde si homo ascen
deret quantum posset et ibi quiesceret.
non inde recedens aliquo modo. et cras
eleuaretur altius. et ibi etiam figeret pe
dem cordis. et postmodum sic ascende-
ret sic faciendo semper. dico vobis. q̄ iste

plus proficeret in vno mense. q̄ȝ alius in quadraginta annis. qui retrocederet ad quiescendum. et semper ad idem rediret Et credo ꝙ iste in breui consummaretur ī statu. et esset gloriosius coram deo. ⁊ a tota celesti curia predilectus Si autem in monte timueris aliquid. curras ad cauernas lateris christi. Si vero nō potes abstinere a valle quia ibi nutrit9es. nec vis adimplere que dixi. hoc saltem fac vt ad vallem tue miserie ⁊ totius humani generis condescendas per humilitatem tui ⁊ compassionem proximi. tam de tuis q̄ȝ de alienis dolendo peccatis et pro eis veniam postulando a deo. Quam ipse concedat qui est benedictus in secula Amē.

¶ Unde hec breuis regula hec omnia in breui comprehendit. Qui voluerit per contemplationem ad summitatem montis domini peruenire nō quiescat nec retrocedat donec assecutus fuerit quod intendit. nisi forte descendere velit ad suorum et aliorum tristiciam peccatorum.

¶ Quomodo anima inebriatur in contē

platione a creatore suo.

¶ Capitulum. quintum.

O Altitudo diui-
tiarum sapientie et scientie dei.
q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eiꝰ et
inuestigabiles vie eius. Quis ascendet
in montem domini. aut quis stabit in lo
co sancto eius. Sed si quis ascendere vo
luerit per quā viam. cum inuestigabiles
sint vie eius. Audi dilectum tuū anima
dilecta. et gaude cū cuncta que dicta sūt
cum omni diligentia studueris adimple-
re et sic deo appropinquaueris vt nihil p̄
ter ipsum valeas cogitare. et cetera pre-
ter ipsum tibi sint in nimia amaritudine
et quasi libentius velles animam a corpo
re separari. q̄z animā tuam separare a con
tinua cogitatione dei tui vel quasi conti
nua. Et quasi videretur tibi q̄ te ipsum
non ames nisi te propter ipsum amauerꝭ.
Quid tibi de dilecto tuo ꝯtigat ausculta
aōre repleta. imo ī amore ꝯfusa. Iste dile-
ctꝰ tuꝰ o dilecta a q̄ n̄ potes aliq̄teꝰ separi

se ipsum a cogitatu tuo continuo paulisp subtrahet. ita vt cor tuum circa aliquid aliud incipiat euagari. et tu videns eum quem fortiter diligis abscessisse. nimia auiditate repleta queres vndiq; quomodo possis quem sic fortiter diligis inuenire omnibusq; creaturis breuiter nunciabis vt dicant vel iudicent tibi. vbi est dile-ctus tuus. q2a languida efficeris pre amo re. Quanto tunc fletu. quanta lamentatio ne perfundaris. quãta anxietate post di lectũ tuũ discurras: tibi nescio enarrare Sed o mirabilis inebriatio amoris. Hoc ipso q2 in ipsum tendis. cũ ipso es. et ignoras. Sed quid faciet dilectus tu us omni amore repleta? Nunquid pote rit se ãplius occultare? Ne dilectissim9 spõsus tuus q2tocius presentabit. et tu illum videns quem cum tanta auiditate quesieras nimio amore amplexaberis cũ semper tamen cum omni reuerentia et ti more. Sed quanta ad hec assit tibi con-solatio: tunc si sapiens fueris. poteris ex periri: Sed audi o amantissima domini.

cum te securam reddideris. iterū se ab-
sentabit. Et tunc maiorem ardorem q̄ᵹ p⁹
ipsū requirendo habebis. Quid tibi di
cam⁹ Iterum se absentabit et iterū atqᵹ
iterum. et breuiter totiens a te se absen-
tabit. donec sis sollicita custodire euᵹ. vt
te securam non audeas reddere. et om-
nia habeas iam suspecta Sed o felix ani
ma. audi quid faciet tibi dilectus tuus.
Cum secum incipies delectari vel quie-
tari vino dulcissimo, incipiet te potare. ꝛ
tu eius alecta dulcedine. amplius euᵹ in
cipies affectare. ꝛ ipse largissimus ampli
us tibi dabit et quāto plus dabit ampli
us postulabis. et ip̄e benignissimus am-
plius tibi ministrabit. Quid dicaᵹ⁹ Sa
tiari non poteris. donec inebriata fueris
et vino iam vndiqᵹ perfusa. Utrum autē
post frequentem et nimiam inebriationē.
saporem aut raptum consequaris: sicut
dominus tibi concesserit poteris expe-
riri. Largissimus est enim. et plus sine
comparatione q̄ᵹ credi valeat. elargitur.
¶ Hoc tamen debes semper habere

in corde tuo q̄ tu sis vilissimus et q̄ nul
lo modo ad hoc aptus sis immo per maxi
mum tibi debet videri. si ipse delet pec
cata tua etiam cum quantacūq͵ penaruꝫ
afflictione in hoc mūdo. qui est laudabi
lis et gloriosus in secula Amen.

¶ Quod homo ante raptum diuersimo
de inebriatur.

¶ Capitulum sextum.

QUoniam in
pluribus locis supradictorum ca
pitulorum diximus hominem diuina in
fluentia inebriari posse. vt mens tua ampli
us eleuetur. volo vt ebrietatem illarum
influentiarum diuinarum non ignores.
Debes enim intelligere q̄ vir contemplati
uus. quāuis multas consolationes habe
at spirituales. anteq̄ ad soporē et raptuꝫ
perueniat ad quod pauci attingūt: valet
duplicem experiri ebrietateꝫ. ¶ Prima
est quedaꝫ habundantia iocunditatis in
corde. et vehemens iubilatio mentis que
post multum fletum aut considerationem

passionis christi aut per magnū ferniorez amoris singularis in deum venit ex qua dam noua influentia z diuina irradiatio ne in mentem. Et illa leticia tantum ha bundat in corde vt etiam in menbra cor poris redūdet et illa faciet diuine clemē tie arridere. et pre exultatione nimia ad modū ebrij precipitanter graditur :qui etem non sustinēs et creaturas quas īue nit sui creatoris amoris magnitudīe am plexatur. Et bene potes credere q cor su um nō multuz applicat ad terrena. sed si aliquid occurrit. omnia reputat esse vana
¶ Est alia dulcedo siue ebrietas que ni mia dulcedine replet cor ex diuino cōsor tio. hec venit per contemplationis quie tem et in tantum habundat hec dulcedo in corde vt redūdet ad omnia menbra ha bunde. adeo vt totus sibi tam interius q̄z exterius mellifluus videatur. Et sicut p̄ ma ebrietas pre hylaritate quietem non sustinebat sic et ista pre nimia dulcedine quiescere facit. Et hec in tantū incendat vt soporez generet. non auferet totaliter

particularium sensuum actus. sed ad mo
dum ebrij esse liberos non permittit. et
tunc quasi quicquid viderit reputabit q̄
dam diuina dulcedine habundare. Et
quāuis prima sit in intentione leticie. et
ista in intentione dulcedinis. tamen nō
oportet dubitare quin illa senciat dulce
dinem. et ista leticia non priuetur. Et q̄
uis nō sit necesse timere de prima. sed po
tius sit gaudendum. tamen de secunda q̄
cōsistit in quadam admirabili dulcedine
cordis. semper securuz est dubitare. quia
diabolus transfigurat se in angelum lu
cis. et consueuit aliqñ similia procurare.
Uellet em̄ q̄ hō supbiret. et se aliq̄d repu
taret vt talib⁹ delicijs frueretur et ibidē
q̄esceret. vt sic auerteretur a deo. Et h̄ be
ne permitteret dominus euenire. quia a
liqui contemplatiui aliquādo de se nimis
presumūt. aliosq̄ contemnunt et credūt
se deo esse proximos. cum tamen sint per
superbiam a deo nimis elongati. Et ideo
diabolus pater superbie hanc potestatē
in eos accipit. vt talibus delicijs illos

decipere possit: Et ideo cum summa di-
ligentia attendenduz est vt quandocūq
acciderit talis delectatio aciem mentis
in deum dirigas. nec ab ipso cor tuum
discedat. Et si delectari oporteat. solum
delecteris in deum. Tunc si a deo essz illa
dulcedo deberet intendi. si a diabolo de-
beret priuari. aut saltem remitti. Quod
si deus in hoc te voluerit aliquando con-
solari. vt qui pro tuis aliorumq peccatis
amaritudine repleris aliquādo delicijs
perfruaris. regratiari sibi debes vt potes
et adhuc tamen timere ne presumptionē
incurras. Potes enim cogitare ad humi-
liandum cor tuum sub hac dulcedine q
dominus pro paruo aliquo bono quod fa-
cis ī presenti. quod tu reputas esse mag-
num fortasse vult tibi pro premio dare il-
lud. quia te premijs eternis reputat esse
indignum. Potes enim timere ne illud
dulcissimū vinū tibi adhuc spiritualiter
febricitāti piculū mortis inducat. id ē oc-
casionalit te faciat sbire. Ideo pleno corde
dū sumus ī hac valle miserie cōstituti. debe

mus magis appetere cum christo crucifi
xo affligi. q̄z periculosis delicijs affiui.
Et sicut cotidie peccam⁹. immo quasi cō
tinue. sic debemus pro eisdem peccatis
velle penaz continuam sustinere. Et sicut
sumus villissimi serui dei. sic debet no//
bis placere. immo debemus appetere. ab
omnibus vilissimi reputari. Et sicut ad/
honorem dei facti sumus. sic illud solum
deberet in me et in alijs placere mihi qđ
ad suum tendit honorem ⁊ illud solū dis
plicere quod in contrarium vergit. De/
idifferentibus autez nullo modo debem⁹
curare. nisi quia omnia debemus ad laudē
dei referre. Quod nobis concedat ⁊c.

¶ Quod contemplatiuus debet gaude
re de bonis proximi quod si non fecerit
tria mala committet.

¶ Capitulū. vij.

Hec omnia etiam appetere debes o contempla
tiue cuilibet homini et debes pro quoli//
bet honine sollicite orare. Et quando vi/
des aliquod bonum in proximo mirabili

ter gaudere debes. etiam si illud nō vide
as in te. Quod si non feceris. sed potius
dolueris. tria maxima mala in hoc pecca
to committis. ¶ Primum est q honorē
dei. qui in bonis illius resultat odire vi
deris. ¶ Secundum est q passionē chri
sti qui ad hoc est passus vt vnusquisqꝫ ha
bundet virtutibus contemnis. ¶ Terti
um est q caritatem qua proximuz sicut te
ipsum diligere debes. et eius bonum af
fectare sicut tuum. laceras et diuidis.
Multuz ergo bonum proximi diligas ꝛ
procures. et maxime spirituale. et etiā cū
necessitas se obtulerit temporale. et sem
per spiritualia tibi dominus exhibebit.
et tandem ad celestia te vocabit. Ad que
nos perducat: qui pro nobis voluit cru-
cis obprobria sustinere Amen.

¶ Quod contemplatiuus nō iudicet ali
os propter defectus in ipsis apparētes.
Capitulū. viij.

Diabolus ī ma
licia antiquatus viros contemplationis
cernens in celestibus conuersari. vnde

propter superbiaꝫ est eiectus. nititur mo
do aliquo eos ad se attrahere. Et quia vi
det eos non posse vincere in aperto: co
natur saltem decipere eos in occulto. Sꝫ
q̄uis diuersa mala diuersis temporibus
suggerat. tamen ad hoc nititur. vt contē
platiuus de se presumat. et alios iudicet
viciosos. apostolice inherens sententie.
omnia iudicat spiritualis. et ipse a nemi
ne iudicatur. Sꝫ o pestis atqꝫ mors gra
uissima et occulta. Hec deum fugat. pre
sumptionem pessimam inducit et abhor
rendam. hec vescentem in croceis facit
stercora amplexari: hec spirituali plenuꝫ
leticia ad accidiam ducit: hec omnia ad
honorem dei referenda facit diabolice
fraudari. Sed o homo nunquid in altuꝫ
contemplationis ascendisti. vt sic faciēs
aliosqꝫ iudicans debeas magis precipi
cium sustinere? Pone ergo te nouissimo
loco in consideratione tuiipsius / et cade
re non valeb. et dei cōmendans opa om
nia cōmēdabis. Attende ergo o homo ī
contemplatione constitutus et cognosce
qualiter deus propter suum honorem fa

ciens creaturam. diuersis diuersa volu|it munera elargiri. vt non vno modo sed multiformiter honoretur. atq3 sui thezau|ri manifestari sic queant. et commendādi suā magnificentiam materiam multipli|citer habeamus. Debes ergo cogitare pri|mo q deus sicut bonus paterfamilias or|dinans domum suam pensat filiorum sapiē|tiam potentiam et bonitatem. et secundū quod viderit diuersa committit officia et tribuit dignitates. Cogita ergo pmo tu qui contemplationi vacas. q deus pater tuus benignissimus. sciens te ad omnia imbecilez. noluit te in periculosis et diffi|cilibus ac implicatis operibus ministra|re. sed sua clementia tanq3 infirmum. per contemplationis quietem te voluit con|solari. Alios autem cernens in caritate feruentes et fortiter radicatos voluit su|per periculosa et difficilia ordinare. sibi nihilominus quietez tribuens post labo|rem. et consolationem non modicaz in la|bore. Si ergo videris te spiritualibus inherere: ceteros autem circa alia labora|re. nō eos iudices: sed sapientiam et boni

tatem dei in eis īspice. Te autē in firmū agnosce: aliosq3 cōsidera esse fortes. Quo modo eniz fortem te reputare potes. qui propter nimiam tui infirmitatem. lecti molliciem. id est contemplationis dulcedinem sustinere non vales: sed ad modū arūdinis omni vento moueris. Quid ꝗ faceres. si te oporteret vna manu edificare. et alia hostes gladio effugare. Nempe solo pauore deficeres. Lauda ergo dominum deum tuum qui potentes in arduis posuit et aduersis prudētes cautos fecit studijs. clementes bonorum temporaliū fecit distributores. Te autem ne deficeres voluit quiescere per contemplatiōis quietem ne errares. noluit te subtilia et curiosa inuestigare. vt simplicitatem haberes. ne malus dispēsator esses. voluit te omnia abnegare vt pauper esses. Non ergo te de istis exaltes. et alios iudices. sed exaltes. nec ab eis excludas eos ꝗs videris ociosos. Debes enim cogitare ꝗ tanq3 sapientes ꝛ probi thezaurum acquisitum abscondūt: laborantes in occulto et in publico quiescētes. Aut certe co

gita q̄ ille qui dedit ventis pondus per
mittit eos in istis minimis et manifestis
deficere. ne de maximis que sibi cōcedit
in superbiam eleuentur. Et q̄uis sic face
re debeas de omnibus supradictꝫ. tamē
quia vides eos inpericulo esse. debes tu
qui ī quiete es pro eis orare. vt sic possis
eos allicere ad quietem. Debes secundo
omnia ad laudē creatoris reducere. Qđ
facere poteris per hunc modum. et etiam
melius si dominus dignabitur tibi iudi
care. Cum etiam videris aliquos in pre-
latione temporali vel spirituali. siue ī di
gnitate aliqua constitutos hoc esse factū
ad commendandum magnificentiam ꝛ po
tentiam dei cogitabis. et eum laudabis
Cum autem aliquos insistentes scientie
videris et non solum etiam creatoris. sꝫ
etiam creaturarum occultissima inquirē-
tes et quēlibet versiculū curiosissime ob
seruantes te ordinantes hoc esse ad ma-
nifestādum dei sapientiam non ignores
et in eis diuinam sapientiam cōmendabꝭ
Cum autem videris aliquos temporali-
bus negocijs insistentes. in ipsis laudabꝭ

Dñi.

dei prouidentiã. per tales quiescentib9 prouidentem. Si videris aliquos insi- stere operibus pietatis. i ipsis laudabis diuinam bonitatem. se ad omnia diffun- dentem. Si videas aliquos ceteros iu dicare. domini iudicium time. Si vide as penam inferentes. diuinam recogita iusticiam Si rigidos diuime insticie ex pauesce rigorez. Si reprehensores cau sarum discussionis futuri iudicij recorda re. Si calorem habueris. recogita dei pa tris erga nos nimiam caritatem qua suũ filium voluit incarnari. et pro nobis om nib9 crucifigi. Si videris prelatos cir- ca punitionẽ remissos. in eis diuinam mi sericordiam cõmendabis. Si frigus ha bueris. ab omni estu miserie ad refrige- rium anhelabis. Et sic omĩa potes redu cere ad laudem conditoris. Non enĩ de bet esse creatura. in qua tuũ honorifices creatorez Hoc ipso enĩ omnis creatura di gna est omni laude. q a deo condita est. et ab eo conseruatur i esse et hoc ipso q dat eẽ scilz dei eius. et suum mirabiliter cõmen dat auctorem. Hec pauca exempla posui.

vt habeas mentē et viam ad maiora. Et istud est diuinuz iudicium ad quod tevo luit apostolus inuitare ī auctoritate pre dicta quam tu pessime assumebas.
Non enī vult apostolus innuere q̄ spiri tualis homo ceteros debeat contemnere vel iudicare. cum alibi ipse dicat Nolite ante tempus iudicare. Et alibi. Tu qui es qui alienum seruum iudicas? Sed tu dices q̄ hec secreta diuine sapientie nō percipit homo carnalis sed spirituali mē te preditus vt dixi q̄ melius in creatu ra qualibet iudicabit. id est discernet Iu dica ergo et tu omnia id est diuinaz sapi entiam et bonitatez in omni creatura di scerne. vt verum omnium honorifices conditorem. Si autem aliquem certitu dinaliter et probabiliter noueris pecca torem. caue diligenter ne propter hoc ip sum condamnes. nec etiam ipsum cōmen des. sed vicium tibi displiceat et compa tiaris in quantum poteris personne.
Laudabis etiam dominum deum tuum qui non permisit impium grauius cade re. nec te illud viciū ꝑpetrare Nullomo

do enim dubites q̄ si te non custodiret a malo. grauissima et turpissima deduceres ad effectum. Deum etiam suppliciter ex orabis. vt ipsum et quemlibet peccatorē reuelet a peccato. et te custodiat ab om// ni malo. Nisi enim noueris compati pec catis proximorū ad bonum indurabitur cor tuum. et forte in malum corrues sine freno. Qui enim fideliter oratione vel ex hortatione bonum proximi non procurat cum facere potest: nō dubito q̄ ab ipso do mino elongatur. Sed quanto magis cre dis ab his dominum elongari. qui arri// dendo detractoribus ac ceteris peccato ribus applaudendo eos in sua malicia fa uent et audatiā tribuunt iterum similia faciendi. Si ergo oportunitas se obtule rit malum argue aut si non expedierit sal tem tristiciam pretende faciei. vt aliqua liter confundatur peccator. Nec attendas magnitudinem alicuius. quia illum repu ta asse magnum. qui approximat deo et tanto meliorem vel maiorem. quanto am plius approximabit. Que enim peruersi tas facit seruū diaboli timere et magnū

reputare. et filium dei adoptiuum contē
nere iam arram patrie possidentem. Ue
sania est nimis magna. a qua nos custodi
at christus. qui est benedictus deus in se
cula seculorum Amen.

Quod contēplatiuus non reputet ali
os impares sibi.

Capitulum nonum.

NOn cessans an
tiquus hostis cum non potest virum con
templatium in hoc decipere. vt velit ali
os iudicare. saltem nititur eos ad hoc de
ducere vt quia vident se in multis operi
bus que ipsi faciunt proficere alios imp
fectos esse iudicent. quia eisdem non va
cant laboribus aut certe quia eadez qua
ipsi sollicitudine et quiete siue vigilia et
abstinentia non vtuntur sed potius eos
vidēt secundum suum iudicium occiosos
vel cernūt eos circa temporalia implica
tos. in quibus ipsi qui sic mundo profi
ciunt aliquando offendunt. Sed o error
pessime et occulte qui secundum exterio
rem. cōuersationem vult de interiori ho

mine iudicare. Non enim requirit tantū
laborem corporis: quantuz laborem cor
dis edeficiuz spirituale. immo apud deū
primū sine secundo non valeat secunduz
autem sic sine primo et quod vni est noci
uum. alij quandoqz perutile erit. Et sicut
facies hominum sunt diuerse: sic ꝛ modi
viuendi et in bono proficiendi. Et ideo
quando te vides laudabilibus operibꝰ
fulgere. et alios vides circa alia intētos
et negligētes. cogitare debes ꝙ licet ista
sint in aperto. in occulto tamen vel saltē
in cordis cubiculo laborant opera deli//
cata. Et quia deus illos per cordis san//
ctitatem diligit specialiter forte non cu
rat eos exterioribus laboribus aggraua
re. vt ne tam interius ꝙꝫ exterius laborā
tes sustinere non possent ¶ Debes ergo
ad istam temptationem expellendam pri
mo in corde tuo cogitare ꝙ nō est consue
tudo ꝙ filij regum cotidie ad lucranduz
panem suū manualibus operibus se af//
fligāt: sed vt delicate et sine labore mag
no de regalibus delicijs nutriantur Nā
sic est ad litteraz. ꝙ oportebit multoriēs

vnum fratrem ad habendam vnam deuo
tionem aut aliquam interiorem ordinati
onem multum laborare. et illud idem vel
melius habebit alius in sola mentis con
uersione ad deum.
¶ Secundo cogitare debes. q illud qd
habere laboras. et modo de nouo incipis
degustare. sit iam in alijs inueteratum. et
firmiter radicatum. Et fortassis ista est
ratio vna. quare affici sicut tu exteri9 cir=
ca bona spiritualia non videntur. qz dul
cedo spiritualis de nouo veniens. mutati
onem inducit. sed non sic vt credo. illum
qui iam diu est mutatus immutat. sed per
ficit et conseruat. Et quando vides te
quodāmodo liquefieri pre amore. alios
vero minime. cogitare debes. q ad calorē
solis iusticie ad similitudinem solis mate
rialis aliqui liquefiunt pre amoris fer=
uore adeo vt sua membra valeant sustine
re. Alij vero desiccantur non solum ab
aquositate peccati sed etiam ab humidi
tate reliquiarum peccati et in bono ita
consolidantur cōtra malum. vt nihil a ca
ritate dei valeat eos separare.

Aliqui vero maturescunt ita quod sibi tā
interius q̄ȝ exterius dulcissimi videantur
et abolita iaȝ oī mentis acerbitate iaȝ po
tius in patria q̄ȝ in via habitare cernant
Aliqui vero crescendo ad modum arbo//
rum. quāuis tales dulcedines non degu
stent. crescentes tamē de die in diem fi//
unt apud deum maiores. Alij autem pu//
trescunt vt mali. Cum ergo aliquos istoꝝ
effectuum recipis. debes credere q̄ ille
idem affectus vel maioꝛ sit in fratre tuo.
Et q̄ȝuis non sic cito liquefiat pꝛe amoꝛe
sicut tu. fortassis consolidatur vel matu//
rescit vel crescit i bono. ⁊ huiusmodi sūt
foꝛsan melioꝛes effectus. Et certe cū cre
dis te lique fieri tu marcescis ⁊ ideo ali
os nō minus te pꝛopter talia perfectos
iudices: sed potius time ne sibi tu valeas
comparari. Nam si cera cum liquescit ad
solem. ceteris creaturis diceret. nullum
beneficium solis aut non ita magnum p
cipitis sicut ego. stultum esset quia et si
non liquefiant ad solem sicut ipsa. tamen
arboꝛes potioꝛa fructus percipiunt be//
neficia. Potes et a te ad huc totaliter p̄

dictam tēptationem effugare. Debes nāq̧ cogitare q̄ sicut q̄ztum ad bona temporalia bonitatem dei percipiamus omnes ita tamē q̄ secundū aliaz rationem iste et ille: et quot homines immo quot creature sunt tot participandi dei bonitatem differentes rationes recipiūt: ita simili mō credēdum est quantum ad spiritualia in rōnabilibus creaturis. Nam gratia naturam perficit. Et hanc diuersitatez in spiritualibus innuitur apostolus ad corith. Cū dixisset. Volo autem omnes homīes esse sicut meipsum. cum statim subdit. sz vnusq̄sq̧ ꝓpriū donū ex deo habet. alius quidē sic. alius vero sic. Et ex aliis diuersis locis hanc veritatem habere potes. Si ergo ita est. quomodo non aliter spiritualiter viuet et seruiet iste q̄z tu. Aliqui enim tendunt ad deum per quietem aliqui per laborē. alii sic alii vero sic. Et multotiens est melior: qui vilior reputatur. Non ergo aliquem imperfectiorem te iudices si non facit omnia que tu facis.

¶ Cū etiā vides fratrē tuū cū aliq̄ l' cū aliq̄bꝰ ꝯmorari ꝛ tu solitariꝰ es tūc cogita

re debes q iste perfectus est in caritate et propter magnam dei dilectionē vbiqz sit cum eo siue cum fratribus sit siue sol⁹ Et quia tu in dilectione dei es imperfectus vix te potes ad proximū conuertere quin offendas. vix aūt aut nunq̄ ad deū potes bene te conuertere. quin oporteat te a proximo sequestrari sed hoc certe imperfectionis est Nam angeli qui sunt in caritate pfecti. ita bene mouent in deuz cum sunt nobiscum. aut cum nobis ministrant. sicut cum sunt in celo ēpireo Hoc tamen non dico quia credaz sic totaliter posse in via fieri. siue dum viatores sum⁹ sz aliqualiter possumus eos sequi.

¶ Adhuc etiā potes cogitare q sunt ab istis exterioribus retracti. et soli deo vacant. et ita feruenter mouentur in ipsuz q ppt nimiā intentōnē mentis corp⁹ dissolui videatur et ad nimiam redigatur debilitatem. Et ideo vt vires resumant. ne penitus deficiant. et ne etiam sua sanctitas ab aliis aduertatur. se offerūt vt seruos solatio proximoz. semper tamen omnia ad honorem dei facientes. Et ideo

stultum est fratrem suum iudicare pro q̄li-
libet trufa. vl' imperfectū reputare. Sunt
em̄ hodie multi honestissimi exterius. q̄
parum proficiunt interius. Et multi sūt
dissoluti in gestibus. qui sunt in corde sā-
ctissimi aut amicissimi dei. Aut quod pe-
ius est aliqui sunt odoriferi hominibꝰ et
coram deo sunt fetidissimi. et sue exteri-
oris sanctitatis iaz suaz receperunt mer-
cedem. Et aliqui apparent hominibus
peccatores et eoꝝ conuersatio interior
est in celis. Non dico tamen quin multo-
tiens conuersatio exterior correspondeat
interiori. Et quia hoc vel etiam cōtrariū
discernere non valemꝰ. omnes esse dei fi-
lios iudicemꝰ. et nos inferiores omnibꝰ
nisi tamen manifeste cōtrarium videamꝰ
Nam de bonis et de sua eminentia santi-
tatis incerti sumus. sed de nostra mul-
tiplici malicia sumus certi. Magna est
em̄ presumptio velle circa proximuz meū
limitare influentiaz diuine bonitatis qꝛ
mihi omēs mores sui non placent. Et q̇d
insaniꝰ q̄z diuināz influētiā vl' cōplacentiā
velle scd̓z meā ꝯplacentiā r̄gulare. Hoc āt

tunc facio. cum illud quod non mihi pla
cet suspicor non placere deo. Cum etiam
vides aliquos circa exteriora implicari.
tunc cogitare debes quod illa ad laudem sui
creatoris referant. et magis in illis circa
deum afficiantur quam tu. cum te recte conuer
tis ad deum. Fortasse enim quia sic deum di
ligunt vehementer. student ipsum quere
re in omnibus creaturis. quia ipsum in
omnibus nimis laudabilem et desidera
bilem esse credunt et cognoscunt. Et hoc est
magnum gaudium et leticia eorum. cum vi
dent etiam in rebus vilissimis summam dei
potentiam bonitatem et sapientiam mira
biliter commendandam. Et ideo illa vilia
forte sic libenter pertractant ne assimilent
nobis. quibus omnia sunt nociua. Sed forte quando
credis eos occiosos esse inenarrabili tunc
leticia spirituali perfundunt interius. Quis hoc
dissimilent ut sapientes. Aut forte quia
se reputant ita viles non presumunt se di
uine faciei continue presentare. sed se vili/
bus adiungentes nituntur reuerti ipsi in
corde ita tamen quod ipsum in veritate ali/
quando contemplantur. Et hec potest esse

ratio quare sic semper cū alijs iocundan
tur. quia oritur eis leticia ꝙ sic viles ho
mines sicut se esse existimant possint cum
eis quos filios dei reputant ꝯsolari. Et
si dicis propter aliquos. ergo deberent
cum melioribus conuersari. Dico ꝙ for//
te illos meliores reputant: qui minorem
simulant sanctitatem. Aut forte esse cum
illis nō reputant se dignos. qꝛ nimis cō
uersationi illorum est dissimilis vita sua.
Et ideo sufficere eis videtur. si valent eē
cum illis dei filijs quos possunt aliqua//
liter imitari. Sciūt em̄. ꝙ in habentibꝰ
symboluꝫ facilor est transitus Aut forte
nolunt esse cū vel nimis perfectis ne sua
bona intentio cognoscatur. Potes etiaꝫ
cogitare ꝙ forte hoc concessit eis domi//
nus vt circa ista extrinseca implicētur et
cum fratibus cōuersantur. quia sic est de
um difficilius possidere q̄ꝫ si solitarij per
manerent et quanto cuꝫ maiori pugna et
labore deum obtinent. tanto est eis lau//
dabilius. Quis dubitat ꝙ si homo impli
citꝰ vite actiue negocijs adeo pfecte pos
sideret deum. sic ille q̄ moratur solitarie.

quin ei laudabilius esset? At certe vbi ē maior resistentia ibi aliquando intendit vis amoris et per multiplicem intensionē actus siue feruorē augetur substātia caritatē. et idē mai9 premiū assequūtur. Cū ergo eos credis perdere ipsi lucrantur. et cum eos existimabis infirmos inueniret. in patria super te inuenies exaltatos si tamen ibi fueris. Multum em̄ timendum. ne sicut humilitas ipsos exaltat. ita nostra superbia qui omnes alios volum9 iudicare. non deijciat in infernuz. Aut cogita de eis q ipsi approbant posse se deo seruire perfecte in his ad que se inueniunt paratos. magis q̄z accedere ad ardua. et deficere sicut facis. Multum em̄ reputant vel reputare debēt incongruū aliqd tanto domino agere ip̄fecte. Aut forte tam mgna in occulto q̄z parua in publico tam terrena q̄z celestia attemptant facere vt in omnibus his inimicus humani generis impugnetur et ipi in omnibus mereantur. Et q̄uis sic iperfecti tibi videant forte plus in vno interiori motu mouent q̄z tu in multis. Immo forte plus q̄z tu in

omnibus et hoc ignorans minores te nõ iudices alios. sed lauda dominuz qui di‑gnatus est te eis sociare. quoꝝ forte me‑ritis spiritualr̃ viuis et si non viuis per eos forsitam viues. Hec cãt dixi ad repri‑mendum diabolicam temptationem. Et ꝗuis sit sic aliquando: aut sic esse possit ꝛ sic de proximo sit credendum tamen sim‑pliciter mihi magis placet. ꝛ credo ꝙ ma‑gis placeat deo vita cõtẽplatiua ꝗꝫ acti‑ua et vita solitaria ꝗꝫ domestica. et mihi magis placet honestas ꝗꝫ dissolutio et hec credo magis esse eligenda ꝗꝫ illa quia et si illa posset ordinari in deum et ĩ sapienti‑bus ordinetur. tamen semper quod est ꝓ‑pinquiꝰ fini magis est eligendum. ꝛ ma‑gis ipe finis ꝗꝫ quod est ad finẽ. Et ideo licet ita se habeant ista. tamen non est du‑bium ꝙ persone ista habentes se habent vt excedentia et excessa. Nam aliq̃ actiui maiori sunt caritatis et meriti. ꝗꝫ aliqui cõtemplatiui et econuerso et aliqui dome‑stici ꝗꝫ aliqui solitarij et econuerso. Quic‑quid tamen habeamus dũmodo deo pla‑ceamus magnum erit. quia in tanta mul‑

titudine hominum pauci sunt deo grati. Cuius rei causa et pro nobis et pro ipsis debemus cotidie lacrimari non modicum et deprecari ut dignetur nos facere sibi gratos aut si sumus. usque in finem in gratia nos conseruet. Quod ipse nobis concedat. qui propter hoc voluit incarnari et letaliter vulnerari Amen.

¶ Contra superbos et de se presumentes.
¶ Capitulum. x.

O Superbe. O. luciferi imitator inmunde. numquid te cogitas dominum esse? an omnia esse a deo ignoras? Si ergo te aliquid protestaris: certe deum te esse fateris Sed amplius vide ut tua insania reprimatur. Non de alienis stultum est gloriari. Cum ergo cuncta sint a deo si de aliquo gloriaris te comprobas esse stultum. Si autem hec ignoras: te comprobas esse cecum Audi ergo insane. Si gloriari vis et stultus apparere non vis. exclude que non sunt tua et de reliquis glorieris Sed certe si omnia non tua excluseris in nihilum redigeris. Er(

go de nihilo gloriare. si nō vis incurrere vanitatem. Sed specialius ad dona gratum facientia descendamus De illis gloriari non potes. quia hec te habere ignoras. imo si gloriaris non habes Sed etiam ꝙ habeas supponamꝰ. qualiter ea possideas videamus. Tibi proditori et infideli seruo domini tui iusticiam quam habes noster benignissimus dominus tanꝙ pannū albissimū dedit. et tu eam stillare non cessas sanguīe menstruato. Sed o vesania plene. vtinaʒ saltē frontem mulieris meretricꝫ haberes. Queso que sit meretrix sic corrupta que de menstruo glorietur. immo quasi nullam inuenies meretricem que de hoc non intime confundatur. nec etiam audet hoc ipsa amantissimo sponso reuelare. Quid ergo o stulte ī malicia gloriaris? Si tm̄ ī mense semel ad modum mulieris deficeres: haberes forte causam gloriādi. Sed erubesce et dole. qꝛ ꝯtinuꝰ vel q̄si ꝯtinuꝰ ē fluxꝰ tuꝰ. Si ḡ a te solū est malum. et a deo tantū est bonum: non in te sed in domino gloriéris. et de tua turpitudine coram oculis

diuine maiestatis continue erubescas. sic deficere non desistis. Sed dicis. in me nolo decetero gloriari: sed tamen cupio ab omnibus cōmendari Sed o impie latro audi. Nonne stultum est largissimo dño qui omnia tribuit habundāter furari qđ sibi carissimū est. maxime vt videat et sibi displiceat et sustinere nō valeat? Hic est stult⁹ q̄ ab hominib⁹ laudem q̄rit. Ideoqꝫ cum vniuersa propter semetipsum operatus sit deus. omnes laudes omniaqꝫ laude digna ad honorem referas dei tui et in teipso cogita diligent̄ qꝫ ad hoc creatus es et redemptus vt non tu. sed deus in tuis operibus commendetur. Tu ergo domini voluntatem fideliter exequaris vt laudari abhorreas. deum autem gaudeas ab omnibus exaltari. Et quanto magis ab aliquo commendatur tanto in maius gaudium eleueris et studeas quantū potes mente lingua et opere deum tuum omni tempore adorare semper qꝫ actu solam suam laudem intendas Si enim bene diligeres dominuꝫ deum tuum. eiusqꝫ honorem appeteres vt deberes. malles

amarissimis quibuscunqꝫ semper pasci ⁊ ab omib⁹ stultus reputari. imo tāqꝫ sterc⁹ abhorreri qꝫ q̄buscūꝫ delicijs habūdare et q̄tūcūqꝫ ab oib⁹ eleuari. aut q̄ntacūqꝫ corꝑali ꝑfrui sospitate. si de⁹ tu⁹ ī te āpli⁹ non laudaretur. Et etiam posito ꝙ par esset ꝑmium vtrobiqꝫ. hoc deberet gratissimum esse nob ꝙ altissimus deus noster a nobis et de nobis aliquod laudis munusculum recipere dignaretur. Sed propter nostras miserias in contrarium nitimur tota die. O mira ineffabilis amabilisqꝫ clementia saluatoris. qui tam benignissime nostris condescendit miserijs. Quis illā poterit nunciare? O homo totaliter te inuolue in sua misericordia et mirare. et tā dulci domino gracias agere non desistas O mi domine quid tibi contuli ꝙ tam dulciter me superbum atqꝫ arrogantem pertractas et foues. Que est ista gratia quam inueni? Quod ante te me sustines ad momentum? Certe hoc non merui. sed potius cum feris habitare. immo bone iesu nec etiam creatura tua mereor nominari. quid tibi pro his faciam? O immensi

tas bonitatis quid pro his tantis bene ficijs potero tibi exhibere? ego nescio ti bi satisfacere pro delictis nec etiam pro beneficijs laborare. nec tibi valeo aliq̄d dare nisi tuum. Scio quid faciam. Me tibi totaliter exhibebo. et meipsum i te totum proijciam et semper timore et ve// recundia plenus tibi quantum potero. reuerentiam exhibebo. et si dignaberis tibi fideliter continue ministrabo. et si h̄ parum sit quia quod potui feci non dubi to comprobabis. Sed hoc maximum mi hi est. si dignaberis me tecum in arca cō morari. O quaz dulcis tunc mihi esse͡t tua presentia summe bona: Accedam cum si lentio et discooperiaz pedes tuos: vt me digneris aduenam in matrimonio copu lare. Non quiescam certe donec tuis am plexibus gaudeam. et inenarrabili dul// cedine consopitus in tuis brachijs con quiescam. Tunc delicijs affluam et mira bitur et dilatabitur cor meum: et mira suauitate potius nihil nisi te potero cogi tare. Attamen obsecro amabilis domine vt meo regimi nullo tp̄e me dimittas. q̄z

sum anime mee lacerator et lapidator im
pius. Dia que mihi volueris elargiri si
cut illa tribuis tu conserua et tibi soli sit
honor et gloria et cetera.

¶ De paucitate bene obedientium.
¶ Capitulum. xi.

QVis dabit ca
piti meo aquam. et oculis meis
ymbrem lacrimarum. vt plorare valeam per
fectorum statum. quasi ad nihilum iam reda
ctum? Nam terra culta diuinis consilijs
christi exemplis. spinas et tribulos germi//
nant pro frumento. Certe quanto res per
dita est nobilior. tanto debet esse i nten//
sior dolor. Sed vt de multis aliqua vide
amus de obedientia tanquam de religionis
fundamento pertractemus. ¶ Heu curre et
discurre vt si possis in sua perfectione in
aliquibus eam inuenire. et credo quod vix aut
nunquam inuenies eam latitantem. Sed mira
ri potes. quod cum religiones et religiosi mul
tiplicentur. quomodo obedientie perfectio sic in
paucis immo quasi in nullis valeat repe
riri. Certe si multiplicata est gens non est tamen

magnificata leticia spiritualis intensiue
Quieso vt mihi dicas. quis est ille qui ve
lit habere prelatum ad precipiendū. nō
ne potius ad seruiendum? Jam volumus
prelatorum voluntatibus assentire? Certe
non. Sed volum⁹ vt voluntates nostras
debeant in omnibus ad implere. Et si ali
quid deest. iam plus de ipsis q̄ꝫ de scutife
ris suis murmuramus. ipsis gladio lin//
gue non parcimus. et quod pei⁹ est quod
nobis ab alio esset gratum. hoc ipso q̄ꝫ fit
a prelatis est nobis odiosū. Jam non co//
gitamus quomodo possimus eorum volunta
tez plenius adimplere. ac nostram volun
tatem perfectius ab negare sed quomodo
possimus eis in omnibus resistere. et ad
faciendum quod cupimus eos coartare
aut ad renuendum quod nobis iniungūt
excusare. et aliqua palliare aut diligent
inuestigamus quomodo nō teneamur sibi
in hoc vel in illo aliq̄tenus obedire. Sz
heu luciferi imitator. qui preesse voluit
potius q̄ꝫ subesse. Timeo ne secū habita//
culū habeam⁹ et ad ꝯfusionē nr̄az appare
at xp̄s passus qui ꝑ nob̄ p̄ri vsq̄ꝫ ad mortē

volūt obedire nihil sibi retinens que p
pria voluntas in oībus appetere consue
uit. Se em̄ exinaniuit ad plenum. Hunc
imitati sunt patres nostri. qui cū prelati
essent. se subditos subditis faciebant.
Hoc sibi dulce. hoc delcabile. H sibi erat
peramabile. in his que magis sue volun
tati cōtraria existebant. in his que ad ex
terioris hominis confusionē. afflictionez
z exinanitionez spectabant: sibi infimis
obedire. Non em̄ curiose librabant. an
hoc melius illo hoc securius hoc laudabi
lius esset sicut quidā faciunt causa fuge.
sed cuncta que non essent contra deuz q̄n
tūcunqȝ ardua et vilia. dū cernerent esse
secundū beneplacitū prelatorū. adimple
bant auiditate maxima Tanta em̄ in eis
erat obediē dilcio vt ad implendā nō ti
merent discurrere super aquas. nec ire
ad capiendas leenas. cum iniungeretur
eis z multa alia q̄ non sufficio enarrare fa
ciebāt. Nec ei iudicauit eē īfructuosū. q̄
abbati obediēs q̄siī portabilit voluit p ānū
lignū aridū adaq̄re Ibi appuit obediētie
celsitudo. quia qd mortuum z aridum fue
rat per obedientie meritum fructū fecit.

Quid ergo de obediētia gl'iamur. cur non potius de nostra superbia confundimur? Nunquid viri contemplatiui possumus nominari Timeo q nec etiā christiani. Sed potius imitatores luciferi: possumus et demoniaci appellari. Quo modo eñ christianus dici potest. qui christo contraria nititur adimplere. Nunqd christus considerauit q ipse erat deus et secundum humanitatē omni gratia et sciencia plenus immo quantum ad animaz iam beatus. qui beate virgini et ioseph erat subditus? In soluendo etiā didragma seruis demonū voluit obedire. Nos vero sumus sepulchra dealbata ypocrisi. plena ossibus mortuorum. hominibus exterius mortui apparentes. et interius tumore superbie vegetamur. Jam obedire renuētes. dicimus q non sumus vocati in seruitutem sed potius in libertatem. Ignoramus enim q obedire vel seruire deo in hac obedientie seruitute regnare est. Quanto eniz magis nosmetipsos subijcimus tāto maiori honore efficimur dignïores. Non solum enim ipsa obedien

tia reges constituet in futuro. sed et nūc
si in sua perfectione existat facit creaturā
omnibus dominari. Ad statum reducit
pristinum. et nihil contrarium. nisi ad ꝑ
fectum anime fuerit. molestare permittit
Aduersa facit prospera. et hominem ad//
huc i mortali corpore facit āgelice se ha
bere. Necnō et sui domini honorem ap
petere. cum feruore et omnibus post posi
tis laudem dei facit querere cum magna
auiditate in qualibet creatura. nec momē
tum permittit pertransire a seruicio dei.
O virtus mirabilis. q̄ sui facit hominē
obliuisci. ⁊ in suum semper tendere redē
ptorem. et in terris ambulantem facit in
celestibus habitare. Quid ergo murmu//
ras de obediencia o superbe? Cum enim
dicit apostolus ꝙ in seruitutē non sumꝰ
vocati. innuit ꝙ nō debemus nec deo nec
prelatis obedire timore seruili ad modū
seruorū sed timore filiali et liberali. ad
modum filiorū. acsi voluerit dicere. ꝙ de
cetero voluntatem nostram propriam nō
faciamꝰ. Cum enim dominus iesus chri
stus dicit q̄ vult venire post me nō adiū

rit beneplacitum suum sequatur . sed ab
neget inquit semetipsum . et tollat crucez
suaz et sequatur me. Et tota sacra scriptu
ra tam vetus q̃z noua obe'iaz laudat. Si
eñi bonam superbiam haberes non renu
eres deo tam in se q̃z in alio quocunqz p̄
lato vilissimo obedire . sed potius dedig
reris animā tuam tam nobilem subicere
alicui aliij creature vilissie. Mir eāt q̄ re
dig̃t hō deo fuire i plato. 7 ñ dedig̃t fuire
vni libero aut alicui aliij creature vilissie.
sz totū tp̄s suū nitit expēdere circa nihil.
Ideoqz paup solitarius si cerneret q̄ pl[9]
q̃z alius offenderit . et contra dominum
superbe egerit . suam voluntatem in vin
dictam dei et sui niteretur in omnib[9] ab
negare et seipsum abhorrens vellet ab oī
bus conculcari . semper tamen ad honorē
dei sui omnia referens . Quod facere ipe
cōcedat nobis qui volens patri obedire
crucifix[9] est pro nobis redimēdis Amē.

¶ Quod temptationes sunt vtiles ser
uis dei.

¶ Capitulum . xij.

O Mire benigni
tatꝫ altissi͂e qui nos tēptari ꝑmit
tis non vt capiamur. sed vt timentes ad
te portum tutissimū fugiamus. More bo
ne matris facis o domine que filiuꝫ suuꝫ
a se elongatum videre desiderans et am
plexari per terribile aliquod timorem in
ducit et expandens brachia filium reci//
pit fugientem cum gaudio. sibi arridet ⁊
oscula dulcia elargitur et ne alias a se re
cedat hortatur. vt non accidat sibi malū
consolatur ad se stringens. et demū vbe//
ra subministrat. O felix temptatō que ad
diuinos amplexus fugere nos compellit
O dulcis domine. qui nos permittis vn
diqꝫ effugari. et te semper tribuis refugi
um salutare. vt tecum omni tempore com
moremur. Non ergo te temptationes ha
bere mireris o homo. sed ad deuꝫ fugias
expauescens. ibiqꝫ si temptari nolueris.
residebis: sin auteꝫ capi poteris et dāna
ri. Si autē a deo tuo nimiū te elongatum
reperis. nec potes ad eum recurrere ple
no corde. ad xpm tibi proximū accelerab.

et in sui lateris puteo panno superposito absconderis Et ne timeas q te inueniat inimicus ❡ Hoc semper pro regula generali habeas q qn̄cūq deum volueris ad te profunde inclinare: in corde tuo vulnera christi porta. et eius cōspersus sanguine te patri quasi vnigenitum p̄n̄tabit. et ipse tanq pater dulcissimus tibi plenarie prouidebit. Accede ergo ad christum et eum supliciter depreceris vt ex quo nō decet ipsum denuo vulnerari. dignetur in tuo corpore sua vulnera renouare. teq totaliter rubricare. Et sic īdutus purpura poteris regis palaciuz introire. In tēptate vulnera hec meditare. et hec semp tibi erūt refrigerium et solamen Ne dubites q si ea in corde tuo ipresseris. nulli additus temptationi patebit. Quis videns dominum glorie nostris sceleribus sic grauiter vulneratum auderet iterū scelera perpetrare? Et sic pro ipsorum vulnerum reuerentia atq compassione non desisteret a peccato. saltem quia videret q sine conparatione grauior pena deberetur peccatori in omnibus q innocenti

a peccato deberet timere et etiã abstine
re. Si autem contra te etiam propter tu
as nequicias ipsum videris indigtuz. ad
spem peccatorum confugias matrem su
am. et ipsi tanq̃ȝ matri dei reuerentiam
exhibebis ac fusis lacrimis ei⁹ auxiliũ po
stulabis. Et si perseuerau eris non quies
cens. non dubites ꝗ ab ea quod voluerȝ
ĩpetrabis. Secuȝ enim creuit miseratio
et sibi pro miserijs satisfacere ex officio ẽ
cõmissum. Et cum magna diligentia hoc
exerceas qꝛ quod cõmuniter exercet er
ga omnes. tibi non poterit denegare. Mõ
et si nullomõ te videris consolari. noscas
deum te diligere. ꝛ hoc facit vt peccato
rum tuorum profunditates agnoscas. ꝛ
tuam miseriam non ignores. Et hoc ma
ximum dei donum est. Non enĩ sibi pla//
cet presumptio aliquorũ qui se iustos re
putant. ꝛ ad ipsum altissimũ tanq̃ȝ ad fa
miliarem amicũ accedunt. Uult enim vt
quantũcũqȝ q̇s sit magn⁹ se miseꝝ et q̃si
nihil reputãs ad ipsũ veniat cuȝ pctõꝝ su
oꝝ ꝯfusione ꝛ mag̃ reuerẽtia ꝛ timore. et
magnũ immo maxim̃ reputet q̃ntũcũqȝ

magnus. si ipsum immensus deus noster dignatur saltem a longe intueri. Ideoq pleno corde dei magnitudinem et suam paruitatem confiteatur. et dicat. Domine non solum non sum dignus vt intres sub tectū meū. sz nec vt tibi appropīqre valeā vllo mō. Sufficit em̄ mihi vt tue pietatꝫ ocl'is me dignerꝫ respicere a remotꝫ Dico q si in h̄ p̄seueraueris nō quiescēs. non solum te videbit sed ad sua secretissima te introducet. Quod ipe facere dignetur. qui est benedictus in secula seculorum Amen.

¶ Quod temptatio de predestinatione reprimi debet.

¶ Capitulum. xiij.

SI de predestinatōe aut p̄scia dei aliq cogitatio tibi surrepat. sic respōde diabolo talia ppinanti. Quicquid enim sit de me te certum est esse dānatū. sed si ego prescitus sum. et deū non debeam habere post hāc vitam: totis tamen viribus laborabo vt ipsum saltem habeam in presenti et ipm

possideam quantum possum. ne in vtroqꝫ statu caream tanto bono. Momentum ḡ temporis de cetero non dimittaꝫ quin se cundum meum posse fruar ipso et semper in ipso summa iocunditate delecter. ex qua eternam miseriaꝫ assequi debeo in futuro. Nonne mihi sūma vesania esset si certum est me eternalibus ignibus cruciandum me inimico meo tradere ī presenti et exnunc incipere cum diabolo conuersari? Nō sufficit illa miseria nisi me nūc miseruꝫ faciam ante tempus? Immo certe plus predestinanti me deo meo prout potero taliter exhibebo. vt nihil sit ī me nec cor nec lingua nec cetera membra q̄n continue sint in seruitio dei mei. vt saltēꝫ dum possum et quantū possum habeaꝫ sūmum bonū. Sicut eñ seculares. qui in quadragesima non debent comedere carnes volunt in carnispriuio carnibus habundare. sic de deo facere deberet qui de sua prescīa esset certus. Et hoc precipue faceret qui qꝫ suauis est dominus degustaret. cetera vero delicata absintium reputaret. Sed quantūcūqꝫ me deus p̄sci-

uerit scia. constat mihi et scio q seipsum negare non potest. Cum ergo totis visceribus amplexabor et ipsu stringens fortiter etiam si aurora apparuerit non mihi benedixerit non ipsum dimittam. q si benedixerit mihi nec etiam tunc dimittam. et sine me recedere non valebit. Licitum est enim mihi inferre sibi violentiaz in hac parte cum ipse commendet illos qui regnum celorum rapiunt violenter.
Aut certe scio quid faciam. In cauernis vulnerum suorum me abscondam ibiq quietus latitabo. nec christus se me inuenire poterit et etiam expellere non decebit qui dicit. Eum qui venit ad me non eijciam foras. Et sic me dampnare non poterit. nisi se ipsum iudicare voluerit. Aut ad matris sue pedes prouolutus stabo et q propter peccatores mater dei facta sit allegabo. et vt mihi veniam impetret implorabo. Nec repulsam ab ea pati potero quia fons pietatis ab omnibus predicatur Ipsa enim non misereri ignorat et miseris non satis facere nunq sciuit. Non credo q propter me nouam velit addiscere lectionez.

Ideoq3 ex compassione maxima ante filiū
suum mecum (si dici potest) misera appa/
rebit et mihi ad indulgentiam suum vni
cu3 filium inclinabit. Et sic triplex refu
gium habeo. quod quasi triplex funiculus
difficile confringetur. Quod si predesti
natus su3 et eternā patriā debeam cu3
angelis possidere. certe debeo ex nunc vi
tam angelicā ducere non humanā. To
tum me illi debeo. qui se mihi in premiū
preparauit ⁊ hac porcione contentus ni
hil aliud amodo debeo affectare. Iustus
est em̄ et si aliud q̄3 ipsu3 querere contra
me posset rationabiliter indignari ⁊ quē
visurus su3 beniuolu3. viderez stati3 ira/
tū. contra me sn̄ia3 inferentē. Igitur i fi
ne diabolo sic cōclude. Quicquid de me
futuru3 sit. a seruicio dei non desista3. et
ve tibi qui non potes tanto domino mini
strare. et ei⁹ dulcia presētia iocūdari ⁊c̄.
¶ Questio carnis ad deū patrē de xp̄o.
¶ Capitulum. xiiij.

Carnem cōtra

spiritum per contemplationem eleuatu3

S. i.

immo contra christũ animã eleuantez au
sculta. Inquit caro. Tibi deo patri iusto
ac misericordie īfinite de tuo filio ɔqueror
vt tua iusticia consideret violentiã mihi
factaz et misericordia tua mee miserie cõ
descendat. Ille tuus filius plenus scien-
tia ⁊ virtute. me sua sapientia circũuenit
et sua virtute violentiam mihi fecit. Ille
tuus filius sua sapientia se sub carne mi
hi simili occultauit ⁊ ad me humilitate ni
mia et benignitate inenarrabili calide
subintrauit. Omnibus fuit humilior oī
bus despectior omniũ necessitates assum
psit omniũ infirmitates portauit pro om
nibus crudelissime voluit crucifigi tam
cõpassione q̃z grauissima passione voluit
affligi. cordis amorem per apertionem
lateris sui voluit demonstrare. indeq̃z vo-
luit in remedium emanare sacramenta.
Quid plura? Suam carnem constituit ī
cibum suum sanguinem in potum et seip̃z
promissit in premium. tua precepta faciē
tes. matrem fratresq̃z vocabat. Demum
non solum in via. sed etiam in patria pro
mittebat q̄ se succingeret. et eis ad mē

sam tuam comedentibus transiens mini-
straret. His omnib⁹ et aliis que nec scio
nec valeo enarrare animam mihi deputa-
tam allexit nimis. sed etiaz intus intrās
sua attraxit virtute. in tm̄ ꝛ sic sibi ipsam
suis blandiciis coniunxerit vt iam de me
non curet. sed potius affligat deiiciat ꝛ cō-
culcet.. et ad nihilum redigat. et quod g̃-
uius videtur hoc mihi inferētes diligat
et ꝓ eo vel eis orationem specialez faciat
et si non inferantur. inferri appetat. Sic
qꝫ mortificor et non curat. in limo iaceo ꝛ
exultat. Sed quid? Dolorem dolori ad-
dit. et vt intense doleam cupit. Hec sua
gloria videtur esse mihi inferre iniuriaz.
contumeliā. et quicquid vilissimū credi
potest. Sicqꝫ me desolatam afflictamqꝫ re-
linquit. et ipsa semꝑ vult cū tuo filio com-
morari. sꝑ sua carne cibari. suo sanguine ī-
ebriari. et vbicunqꝫ fuerit vult sꝑ secuz
cōmorari. Nunc autem secum apparet ī
presepio parua. nunc secum brachiis vir-
ginis amplexatur. virginis brachiis de-
portatur. lacte virginis fouetur. Nunc se-
cum famescit. nūc secum sitit. nunc secum

conspuit. nunc secum vulneratur. nunc se cum in cruce tristatur. nunc secum in cel' apud te letatur consolatur quocunqꝫ pre perit. secuꝫ vadit. sine ipso esse non requi rit. Ad nihil potest se vertere sine ipso. Quid tibi dicam pater de filio tuo. qui animam mihi deditam sic suo inebriauit amore sic aut alienauit a me. Si rapinā cōmisit iubeas restitui. Nec enī mihi pa ruꝫ videtur. sic rapere vnā menteꝫ. Cur enim mihi anima deputata solum filium tuum diligit. cur me sic odit. cur cetera derelinquit tui filij amore absorta. Hra ditur sine sensu. Jā nihil aliud audit ni hil aliud cogitat vl' gustat. nihil aliud odo rat. et semper vult īter sua brachia cōmo rari. Jbi iocundatur ibi letatur ibi deli cijs habundat. ibi nimio amore inebria ta cubat. Nec mirū. si hec anima mea tā tum cum filio tuo adhesit. Quia nisi esset lapide durior et ferro insensibilior ex q̄ sibi tanta filius tuus fecit. aliter facere non deberet. immo aliter stultissima ap parerct Et vbi est ita durus lapis. qui tā ti amoris ardore non scinderetur. immo

liquefieret sicut cera. si sibi fierēt omni-
a supradicta. Et ideo non cōquero de ea
tibi benignissime pater. quia fecit quod
debuit. sed de tuo filio qui eam nimis al
lexit beneficijs. ac me in tanta miseria
dereliquit.

¶ Responsio patris ad carnem.

¶ Capitulum. xv.

ATtende et au-
di quid respondeat pater clem-
tissimus carni. Quia creatura mea es ti-
bi iusticiā cū misericordia exhibebo. Nā
cum ancilla anime esses. semper tamē do
minari voluisti. ac semper inordinate egi
sti. tibi non mihi eam seruire fecisti ipsaz
ad omnia mala pronā reddidisti: et quod
peius est eam ad imaginem meam factaz
diabolice seruituti subdidisti. Eam be-
stijs peiorem fecisti. eam fetidam et abho
minabilem exhibuisti. eam super omnem
caliginem denigrasti. et in tantum eam
alterasti. vt creaturā tam nobilem cogno
scere non valerez. Oportuit ergo (qz eaz
q̄ in carne erat nimis diligebaz) meū fi-

lium incarnari. vt eam alliceret ad suum meumqꝫ amorē. et quia tibi carni anima adherendo mortua erat. vt viuificaretur meū volui filium incarnatum pro ea occidi. Nec fuit filij mei hic aliq̄ circūuentō vel deceptio. ſ3 mea suaqꝫ ineffabilis dig tio. Et quia tu caro a tue infusionis principio sp̄ male egisti. meus vero fili⁹ erga eam nimio exarsit amore. et se totum sibi exhibuit. iō iusticia mea multa exigit. vt eā totam et totaliter sibi dimittaz. et ipa te plusqꝫ stercus abhorreat. et ab oībus abhorreri cupiat. Sed quia non solū iusticiā sed et mīaz īplorasti. volo vt aliquā do etiā ī presenti. dulcedine q̄ ī meo sentit filio perfundaris. ꝛ insuper in futuro nobilissiē ac perfectissiē te dotabo. ꝛ si bene anime obedieris. ex nunc non solū a pena eterna. ſ3 et a purgatorio te absoluo q̄ viuo in eternum.

¶ Meditatio sup. Aue maria.

¶ Capitulum. xvi.

AVe maria gratia plena. dn̄s tecū. Tibi dn̄e d⁹

gratias ago. quas possũ ex intimis p̃cor//
dijs meis. qui pro nob indignis dignat9
es nr̃am assumere naturã et virginali vte
ro baiulari. et ex ea virgine nascẽs. lacte
nutriri. eius foueri gremio. et eius subij
ci iperio. qui oĩa conseruas et regis ⁊ me
fetidissimã saniẽ et turpitudinẽ detestabi
lem et abhominatione plenũ. et oĩ vita ĩ
mo essentia indignum dignatus es tm̃
illustrare: vt sciam te matrez habere. et
ꝙ mihi indignissimo concessisti. vt ipsam
possim et audeaz salutare. Non enim fe//
cisti taliter omni nationi. et hoc sũmũ be
neficiũ non manifestasti eis. Ubi est dñe
peculiaris ille populus quem in manu po
tenti et brachio extenso de terra egypti
per desertum in terraz promissionis edu
xisti tot signis et prodigijs magnificen//
tie tue? Nonne domine iste est populus
cui hoc beneficium promisisti? Cur igi//
tur non sibi tui cultoribus sed nobis ydo
latris et infidelibus. hoc tuum summuz
et maximũ beneficium reseruasti? Quare
nob paucis cũ multi ⁊ q̃si ĩfiniti ppl'i hoc
ignorẽt. Nõne dñe vniũsoꝝ es creator ⁊

omnes ad imaginem tuam fecisti? Nōne
domine secreta consueuerunt pādi ami-
cis? Cur nunc domine inimicis et maxi-
me mihi. qui a vertice capitꝫ vsqꝫ ad plā-
tam pedis infectus sum. et totus tendo
ad ea. que tue sunt contraria voluntati?
Cur domine tam nobile donum. tam ex-
cellentem thezaurum tuo infidelissimo ꝛ
nequissimo seruo dedisti? Nonne domi-
ne tibi vedetur ꝙ non honorem sed de-
rideam matrem tuam. quando superbus
humilem. immo humilimaꝫ superbissim⁹
castissimaꝫ īmundissimus. celestissimam i-
mo diuinissimaꝫ vanissimus et terrenis-
simus. sanctissimaꝫ impijssimus matreꝫ
dei. fili⁹ diaboli salutare presumo. Ubi
est bone domine nunc reuerentia matris
tue? Cur tales eam salutare permittis?
Sꝫ o pijssime iesu propter tuā erga nos
nimiam caritatem non suffecit te omni de-
risui et contemptui propter nos subiace-
re. sed matrem tuam iam ad dexteraꝫ tu-
am sedentem permittis pollutis labijs
tractari. vt possis corda nostra tuo et ei⁹
amore inflammare. Nec dubium est ꝙ in

dignissimi sum⁹ et credo firmiter q̄ nul
lus sit celestis angelus qui eam vt digna
est. valeat salutare. quantomagis ego im
mundissima creatura? Miruz videtur.
quomodo miser homo non tremit et expa
uescit tantam dominam salutare. Sed
illud detestabile nimium est. ipsam nomi
nare ore et corde vana et inutilia. immo
nephanda tractare. ipsamq̃ alloqui ter//
go verso. Cum omni em̄ reuerentia hono
re et deuotione est virgo beatissima salu//
tanda. et ipsa tales querit qui ad eam de
uote et reuerenter accedant. Hos enim
diligit hos nutrit. hos in filios suos su//
scipit. O beatus qui de tā nobili matre
letatur. ipsam corde amplectit̄. opere imi
tatur. O felix qui matri dei scd̄m posse su
um nititur conformari. Hic est certe qui
omni creatura contempta. soli deo singu
lari amore inheret. et crucifixus cuz xp̄o
salutem animarum sitit. O mirum vere.
quomodo non capitur exultatione cor ta//
lem virginem salutantis. Matrem dei
alloquitur deum ex ipsa factuz hominez
contemplatur. Hic videt yma summis. &

sūma īmis pro sevanitate coniūgi. Quo
modo queso non liquescit in hac salutati
one mens nostra. vbi deum nos tantū di//
lexisse videmus vt ex virginali vtero dig
tus sit fieri frater noster. Os em̄ nostruꝫ
et caro nostra est. O mira et ineffabil' dif
fusio bonitatis diuine. Quanta q̄so erga
talem virginem deberet cor nostrum deuo//
tione diffundi ꝑ quam talē ad nos meru
im⁹ diffusione diuinā ꝑ quā certe merui//
mus deo esse fratres et coheredes in re//
gno. Mira deberet dulcedine os nostrū
habundare. cum tam dulcem dominā ⁊ be
nignam salutamus et eius benediximus
fructum. Suauissimus em̄ et dulcissim⁹
est fructus eius. et in ore et in corde sapi
entis dulcescit. O q̄ꝫ mira est huius virgi
nis fecunditas. que dum salutatur deuo
te ad cor salutantis suauissimum fructuꝫ
emanat. Quanto auteꝫ in eius fructu q̄s
amplius iocumdatur. tanto ab ea ampli⁹
impetrat et nisi dicat sufficit nunq̄ꝫ cessa
bit. O mira domina mirum videtur quo
modo nō tm̄ delectamur in te salutando q̄
vel ꝑpter te et fructū tuū cetera ignore//
mus. Quō q̄so non est ad te tm̄ intentus

homo propter tuā suauitatē nimiā: vt etiam semetipsum a se abstractus ignoret?
O raptrix cordium: o absortrix mentium.
Cur nos domina ingrauidas tuo affectu.
Cur nos deo nostro impignas? Cur luto implens celos et vanissimos facis diuinos?
Cur nos obsecro filij tui inebrias amore cum nec sibi aliquid ipendere valeam⁹
Quid tibi prodest animarū amatrix. q te et filium tuū nimio diligamus amore.
Nonne tibi celestia sufficiunt? Cur terrena corda requiris. cum tamen sint fetidissima et terrena? accipe animarum venatrix et refoue in sinu gratie tue. Quis em̄ potest animarū venatrix effugere claritatis tue fulgorem. et tue radios pietatis? Nec em̄ est qui a calore abscondere se possit. quia beneficijs tuis pleni sunt celi et terra. Quocunq3 em̄ pergamus occurrit nobis diffusio vteri virginalis. Ecce ergo vndiq3 nos tuis beneficijs irretisti. et sēper et vbiq3 tue benignitatis laqueos extendisti vt a te matre dulcissima fugere rationabilit̄ neq̄amus s3 sp in tue dulcedinis gremio quiescamus. Currite

ergo carissimi vndiqꝫ. et taz nobilē ꝛ sua
uem virginem salutemus Aue. ¶ Paci
entiaz habe domina ꝙ angelicam saluta
tionē. promo. et angelice non viuo. sed po
tius diabolice. Horrēdus suz et te saluta
re presumo. Confido certe dulcissima de
nimia bonitate tua ꝛ tuo inflāmatus amo
re te q̄uis indignus nimiuz non vereor
salutare Aue. Quid mihi domina dulci
us tuo aue? O miꝝ aue qd quadaz celesti
dulcedine inebriat cor deuotuz. Certe
iaz dicere potest deuote salutans: Lique
facta est anima mea vt salutaui dn̄az me
az Deficit cor meuz et caro mea. duz allo
quor dn̄az meaz? Quis in te nō defici//
et virgo sacra duz cernit hac salutatione
preuia. te filio dei īpregnataz? Quis hō
non deficit. duz cernit dei filiuz tuo vte//
ro baiulari. tuo lacte nutriri Quid ergo
libentius audis o dn̄a. q̄ꝫ salutationez q
recognosceris mater dei? Sic in te vis
hoīes iocundari vt spūi meuz cuius mater
es refundatur affectus. Non em̄ puto vt
velis aliter nisi vt mater dei salutari. nec
etiaz cognosci Porta es cristallina. et per

te vis tuo filio nos coniungi. Sed aue
et vere aue. Naz coꝛ nostruz aperuit tuuz
aue. O mirabile et superadmirabile aue.
ad quod demões effugantur. peccatores
liberantur. filij delectãtur. angelus gra
tulatur. verbũ incarnatur. virgo grauida
tur. Certe aue. cuius fructu creature re/
nouantur. hoĩes redimuntur. angeli re/
parantur. Ergo tibi aue vniuersa creatu
ra sine fine pꝛomat. O dulcissimuz et sua
uissimuz aue. quo terrestria letantur. cele
stia iocundantur. O aue quod intellectũ
irradiat. affectuz satiat: mentem ad cele/
stia leuat quo animus illustratur. pectus
dulcoratur. caro marceratur. Igitur aue
O cathenale aue. quod coꝛ cõstringis cũ
virgine et separas a terrenis. cuz miseri/
coꝛdissia miseruz cuz dña seruuz. cuz ma
tre filiũ firmissime ligas O amabile aue
Accedat vt salutet qui vult cathenari
amoꝛe. et cuz salutauerit ex coꝛde. ãplius
foꝛtiusqꝫ costringetur. Et quãto ꝯstrigetᷓ
foꝛti⁹. liberi⁹ salutabit Sicqꝫ amoꝛ ⁊ aue
mutuo se augebũt. donec coꝛ salutãtis defi
ciat pꝛ dulcoꝛ. o ꝟgis amoꝛ. diuinũ reddis

amātez. virgineū facis iā multa sorde pol
lutum. Ergo aue domina mea. mater mea
immo cor meū et anima mea virgo maria
et maria mea aue. O nomen suauissimum.
nomen iocundissimū. nomen dulcissimuz.
nomen marie. Quid feci. quid presūpsi.
quomodo excessi ꝙ nominare te audeo?
Quis vnq̄ȝ talia audiuit. vt perditōnis
filius. peccatoꝝ sacculus. demonuz famu
lus te nominare presumat? O amor mei
nomen matris dei: reuereri nescit amor:
mihi parce domina. ꝙ me amare dicam te
Etenim si non sum dignus. non es indi-
gna amari. Quis o domina te amare desi-
stet. cuius beneficijs gratiam et gloriam
impetramus? Per te domina frangūtur
vincula. soluntur debita. vincuntur vicia.
solidantur confracta. reparantur perdi-
ta: renouantur vetera. roborantur infir-
ma. magnificantur minima. exaltantur in
fima. incepta promouentur. imperfecta
perficiuntur. perfecta cōsummantur. cor
purgatur. refulget mens. animus inflam
matur. liquescit pectus: dulcescit gustus
decoratur aspectus. desponsatur peregri-

na. traducitur sponsa. z resoluitur anima
Omnia hec per te virgo maria. ergo aue
maria. Uere maria. stella maris. amarum
mare et domina. Stella maris. mundo to
taliter in amaritudine posito. lucis eter
ne radium emittendo Amarum mare. cor
tuum in passione filij tui in cruce pro no
bis pendentis totaliter transformando.
Domina. super omnes angelorum choros
ad filij dexteram ascendendo. Et stella ma
ris es nos dirigendo amarū mare cōpati
endo. et domina protegendo. Stella maris
es honestate. amarū mare pietate. sz domi
na potestate O domine deus. quid tibi re
tribuemus pro omnibus que dedisti nob
Quid tibi faciem9 aut facere possumus
qnobis in amaricatione amaritudinis
positis. tenebris vndiqz circumseptis. a
portu salutis nimium elongatis. turbini
bus et procellis ad naufragiū agitatis ī
mo tempestate nimia. pene submersis. tā
nobile solatiū. tam dulce consortium. tā
efficax auxilium. tam pium subsidium. vir
ginem mariam irradiantē stellam dedisti
O certe beata nox. z felix tenebra et glo

riosa caligo: que tali stella meruit irradi
ari. Certe hec nox illuminatio mea in de
licijs meis. O gloriosa virgo si es stella
maris. semper volo in hac vita esse in ma
ri: vt sis sēp mea stella. sēper in mari sim
perfecte amaritudinis de peccatis meis
gemēdo christo crucifixo intime cōpatiē
do proximorum miserijs et vicijs condo
lendo: Sempervolo in hoc triplici pela
go nauigare. vt habeam huius stelle du//
catuz. Ue illis qui sunt in delicijs et no
lunt in hoc mare intrare. quia hac dulcis
sima stella carebunt. Currant vndiqꝫ tri
bulationes et sepiāt amaritudinibus in
auditis: non timebo. quoniam tu mecuz
es. īmo tunc vere mihi refulges cum val
latus angustijs. cū omni humano auxilio
destitutus. cum intrauerit aqua vsqꝫ ad
animam meā cū abiectus fuero et repro
batus ab omnibus creaturis. Me pecca
torem nequissimū et omni malo dignissi/
mū īpugnet et stimulet obsecro totā mū
di machina. vt mecuz sit hec stella maris
maria. O felix cum fuero ab omnibus ex
probratus et cōculcatus et ab hac stella

susceptus. Stella est maris. et in amari tudine positis ipsa relucet. O q̃z dulce et delectabile oclis videre hanc lucē O q̃z bōa et amabilis cōmutatio omnem mundi con// solationē abhorrere. et longe a se irrecu perabiliter eijcere pro refulgentia stelle maris. Plus enim valet vna sola illustra tio illius stelle. q̃z omnium mundanorum. Quis ergo omnis amaritudinis et com passionis et passionis mare non gaudens intret. vbi refulget hec stella Nec paueat cor perfectum. quia impossibile est naufra gium fieri. hac stella radiante. nec potest nubes aliqua interponi nisi volenti. O. domina mea. tu in hoc mari es nobis na uis sustentans et portans anchora stabi liens et firmans. gubernaculum dirigēs et rectificās. velum deducēs et obūbrās stella refulgens. et salutis portum demon strans. imo īpetrans et conseruās Quis ergo non libenter hoc mare cōpūctionis cōpassionis et passionis intrabit. vbi tu nobis in omibus subuenis et ministras Immo vt plus audeam dicere. tu es ma/ ris. amarum mare facta. propter filij tui

passionem. et iniquitatum nostrarum cō
passionē. Non q̄ modo aliquid tristabile
patiaris: sed considero mentem tuam. se
cundum q̄ in hac vita iuxta crucem viue
bas. Hoc ergo duplex intrem⁹ mare scʒ
tuo filio crucifixo: et tuo cordi sibi infixo
compatiendo. et de nostris iniquitatibus
q̄ tante fuerūt necis occasio intime cōtri
stando si volum⁹ cor tuū intrare. qđ factū
ē mare magnū et spatiosū nimis. Quis
ergo non libenter intrabit hoc mare vt
possit cor virginis introire? Certe hij bñ
intrant cor tuuʒ. et sunt continue in corde
tuo. qui filij tui continue ruminant passio
nem. Impossibile est em̄ mater pijssima
filij tui intrare vulnera et nō intrare cor
tuum. quia illa vulnera sunt in corde tuo
perpetuo collocata. Sicut em̄ illa stigma
ta semper erunt in filij tui corpore sic sp
in matris mente. Quis ergo amplius tar
dabit et pigritabit hoc nauigiū introire
Dulce est de te audire. sed dulcius de te
cogitare. et dulcissimū et suauissimū per
christi vulnera cor tuum intrare? Non er
go recedat homo a christi passiōe cōtume

lis et vulnere. si non vult in corde tuo exi re. Ibi fit homo totus virgineus. totus sanctissimus totus diuinus. Ibi obliui scitur homo sui. recogitans que sunt ma tris et filij. Quod nobis concedat ille q̄ benedictus viuit et regnat in secula secu lorum Amen.

¶ Meditatio humilis ac expositio sup orationē dominicā.

¶ Capitulū. xvij.

Pater noster qui es in celis etc̄. O immensa clementia. O ineffa bilis benignitas. O mira dignatio. O longitudo latitudo sublimitas. et profū dum caritatis diuine. Vilissimū lutum detestabilis sanies. nequissima creatura. se dei filiū nuncupat. et dn̄s dominorum. rex regū et dn̄s dominantiū. se meū patrem dicit. Cum oratis inquit dicite. pater nr̄ qui es etc̄. Et q̄ hoc dicit veritas. verissi mū est. Et scio q̄ plus sine comparatione me diligit. q̄ȝ pater carnalis vel mater ī mo q̄ȝ me ego ipse De tanto ergo patre ele uabitur cor meū vt aquila. et iam heres

